 20 liqua illum militum congressio *vspiam* euadebat. dum nimius fertur in arma.  
 ab armatis *perimitur*: et de noua sponsa viduam citius operatur Sic iuxta *virum*  
 dei *verbum*. puella redijt ad amorem primitus prouisi *virum*: et illi copulata aman-  
 ter *damnum* prioris pertulit **xvum capitulum** In eodem beati medardi monasterio erat cripta in  
 XVI parte orientali. *cuius* anniuersaria dedicationis dies solemniter annuatim agebatur: ad *cuius*  
 25 diei *pastum* prisca loci nobilitas esum piscis rumbi requirebat Hunc *autem* vsu nouus  
 abbas ignorauit. donec ipsa festiuitas *pre* manibus extans quoddam quasi articulum abbati  
 ex hoc *omnino* nichil cogitanti. et alijs curis occupato *incussit* Hora etenim illius di-  
 ei *tercia* conuocant fratres suum economum: *interrogant* si *rumbus* eorum in *promptu* haberetur  
 30 Negante illo. et eorum *verba* pocius ammirante. ceperunt *stomachari*.<sup>1</sup> affirmantes *non* se  
 missarum celebrationem incepturos: donec *rumbus* coquine ipsorum *inferretur* His  
 auditis quidam seniorum *abbatem* adeunt. nichil tale suspicantem: *pandunt* *sententiam*  
*fratrum* Audiens *vir* *per omnia* sagax *fratrum* sensum tam *puerilem*. et *parumper* tacendo delibe-  
 rans: *tandem* respondit Si *pridem* istum *morem* prescissemus: illum *pisces* *querere* *deuacanti*\*  
 35 potuissemus At *nunc* quoniam *derepente* id nouimus. valet *omnipotentia* idipsum conferre.<sup>1</sup>  
 vt *fratribus* scandalum tollamus: et *sancta* celebritas *alacriter* compleatur *Iam* citius va-  
 dat *minister* cum puero ad *pontem* axone: et *rumbum* *inueniens* *velociter* comparet. ac co-  
 quine *fratrum* *parandum* presentet Et *conuersus* senioribus dixit *Ite* *charissimi*. *nunciate*  
 40 *fratribus*. *quia* *rumbus* *non* deerit: *faciant* *gaudentes* *solemnia* *domini* *Sed* et *hoc* *intimate*  
 illis. *quoniam* siue *viuam* siue *moriari* *determinatum* nouerint: vt *ab hodie* *per annos* *vi-*  
*ginti* *non* habeant *in die* *ista* *fercula* *rumbi* His *dictis* *rumbus* *exinsperato* *inuenitur*. *emittitur*.<sup>1</sup>  
 et *mensis* *fratrum* *parandus* *inducitur*: *solemnia* *etiam* *dedicationis* *alacriter* *consummantur* *ffratre*  
*quoque* *qui tunc* *temporis* *affuerunt* *sub* *obtestatione* *diuini* *nominis* *asserebant* *quod* *ex tunc* *per annos* *triginta*  
 45 *ille* *piscis* *in* *predicta* *die* *nullo* *modo* *potuit* *inueniri* *Ita* *mirandum* *quod* *sanctus* *dei* *tam* *pre-*  
 XVII *sens* *erat* *spiritus*. vt *quicquid* *diceret*: *veritatis* *constantia* *iugiter* *firmaretur* **xvij capitulum** *Sed*  
 quoniam *apud* *mortales* *permanet* *hoc* *ratum*. nichil esse ex *omni* *parte* *beatum*: *erat* *illo* *in* *tempore* *in* *e-*  
 odem *cenobio* *quidam* *monachus* *nomine* *odo*. *honestatis* *vsurpator* et *virtutis* *deprauator*.<sup>1</sup>  
 qui *famulo* *dei* *arnulpho* *nimium* *inuidebat*: et *se* *ad* *regimen* *loci* *digniore* *au-*  
 tumabat *Qui* *etiam* *incessanter* *animo* *voluebat*: *quoniam* *argumento* *seruum* *christi* *potuisset*  
 remouere a suscepto officio *Is* *per* *internuncios* *studuit* *intimare* *regi* *francorum* *philippo*.

258r13-14: *ne... notum*: cf. BHL 704 *ne ad quodlibet inconueniens puellam cogatis. Est autem Deo notum*  
 258r33: *ter* *hoogte* *van* *deuacanti* *staat* *in* *de* *linkermargine*: *nota*

[258v] vt cum in procinctu contra hostem aliquorsum pergeret: abbatem sancti medardi venire secum iuberet Annuit rex consilijs odonis.<sup>l</sup> et cum exercitum promouisset. missis legatis monuit dominum arnulphum: vt cum armata militia in expeditionem secum abiret At ille qui quondam armorum strennitate vigerat in seculo. et mortalis militie cingulum ad dei commutauerat famulatum.<sup>l</sup> cepit vehementer abhorrere huiusmodi negocium\*: et omnino recusauit tale regi offerre obsequium dicens Ergone relicta causa dei. militia rursus stipabor. militibus rursus arma exercebo? Grande nephas Maluisse nomen istud et abbatis locum non suscepisse. quam huius dignitatis obtentu seculo iterum deseruire Hoc comperto rex philippus. et malis consiliarijs deprauatus. misit legatos qui dicerent\* abbatiam magnarum possessionum facultatibus refertam subsidijs. militibus sua beneficia tenentium vndique circumfultam. quorum antiquus foret vsus. vt abbate preuio regali expeditioni inseruiret. faceret morem antiquum. aut daret locum vt fieret regis imperium Hac de causa vir virtutis repetit cellam reclusionis. proculdubio nil reputans tale culmen honoris.<sup>l</sup> et cepit longe melius longeque feruentius seipsum exercere ad seruitium summe maiestatis **xviii. capitulum** Verum quoniam illa tam nobilis animi ingenita prudentia nullatenus ferre poterat. vt grex eximius absque spiritali rectore diutius fluctuaret. conuocatis ad se potioris ingenij et sanioris consilij fratribus. et premisso salubri consilio. elegit sibi successorem virum eque dignissimum nomine geraldum scientia scripturarum ad vnguem eruditum: totius honestatis vigore decoratum Quo in abbatem ocuis prestituto. derepente aduolat supradictus ille poncius monastici ordinis temerator vesanus. ducens secum reginam bertradam. que vi regia geraldum expelleret: et eundem poncium in prelationem sancti loci contra fas subinferret Quo comperto famulus christi arnulphus. de cella egreditur. et reginam adiens furibundam blando affatu humiliter rogauit. vt quamuis regina haberetur. memor tamen feminee condicionis. memor etiam diuinorum iudiciorum. ecclesiasticis legibus obuiare formidaret: et ab iniuria tanti viri seipsam verecunde temperaret Que monita cum illa tumore regij fastus audire abnueret: ait ad illam prophetizans seruus dei O regina si placet crede fratri arnulpho. ymmo magis crede spiritui sancto. quoniam si fratrem geraldum a loco isto expuleris: vindice deo et tu ante diem tue mortis a regni dominio extruderis. et in erumna atque despectu exsors regni. morieris Hec siquidem viri dei propheta luce clarius manifestata est. dum omnibus patet quod eadem regina post aliquot annos regis offensam irremediabiliter incurrerit. ob quam a consortio regni remota. in pagum pontium cum dedecore transposita sit: ibique diuturna calamitate detenta. more plebeio defuncta sit et sepulta Geraldus autem ab illa expulsus. dedit locum ire.<sup>l</sup> et recessit in partes aquitanie: vbi a duce terre illius gratanter exceptus in silua maiori illustre cenobium construxit.<sup>l</sup> vbi deo finetenus inseruijt. et beato tandem fine in domino quieuit Cuius tam vita quam mors signis virtutum veneratione refulsit **xix. capitulum** Arnulphus ergo amica reclusionis semotus. tantquam tunc primo inciperet. cotidianis sese ieiunijs alacriter macerabat. vigilijs affligebat orationi vacans assidue: et toto conamine insistens contemplationi diuine Taliter agens. et tantis virtutum studijs cotidie excrescens. magnam a domino consecutus est gratiam. et in terra francorum gloriosam adeptus est famam. intantum vt tota regni nobilitas. eius vti benedictionibus congauderet\*. et totius dignitatis homines eius colloquium ardentem requirerent. tam de pace ecclesie quam de salute animarum consilium ab illo flagitantes ffelicem se credebant. quicumque vel sermonem illius audire poterat ffama vero sanctitatis eius per omnes provincias emanabat. et ad eius colloquium personas diuerse etatis ac dignitatis vndique aduocabat Sed iam reor oportunum. vt que signa vel prescientie dona dominus eidem contulerit enarrare inchoemus **xx. capitulum** His diebus venit ad illum maritus sororis eius: quem post colloquium de anime salute anime\* collatum. requisiiuit dicens Noster olim sodalis et commilito ysrahel putasne viuuit.<sup>l</sup> vel qualiter illum agere nosti? At ille respondit Sospes et valens est: et in omnibus prospere agit Cui vir dei propheticis spiritus plenus respondit Nequaquam ita est vt dicis:

258v6 : de tilde (voor m) is mogelijk toegevoegd door een corrector

258v10-12: de tekst lijkt van abbatiam tot en met inseruiret enkele corruptelen te bevatten; om de strekking ervan in overeenstemming te brengen met die van de passage bij Surius (en wat daarvan rest in de vita longior) zou men moeten lezen: abbatiam magnarum possessionum facultatibus refertam\_ subsidijs militum sua beneficia tenentium vndique circumfultam. quorum antiquus foret vsus. vt abbate preuio regali expeditioni inseruirent.

258v41: vóór congauderet is een letter of het afkortingsteken voor con- doorgehaald

258v47: BHL 704 de salute anime, Surius de anime salute

[259r] Nam israhel quem sospitem et valentem nuncias: corpore et spiritu mortuus est Hesterna nempe multam predam diripuit.<sup>l</sup> cum qua domum rediens. circa vesperum in scamno iuxta focum in gremio concubine sue reclinauit: vbi mox mortem subiens vitam amisit\* O pauidas exequias.<sup>l</sup> o horrendos exactores. quibus infelix eius anima tot doloribus cruciata: ad  
5 eternum luctum est perducta Hec audiens vir prefatus. et nimium attonitus. postquam domum redijt: omnia de israhel sic inuenit. vt vir domini annunciauit **xxi. capitulum** Alio tempore accessit ad eum visendum quedam eius soror nomine adzela: que cum ante fenestram cellule eius resideret. et vita anime quomodo inter tot mundi procellas seruari posset disquireret. iam hora meridiana venit minister deferens piscem frixura assatum.<sup>l</sup> erat enim dies celeberrimus: et posuit  
10 coram eo in fenestra Tunc illa ait Iam modo sancte frater hinc michi est recedendum. quia tempus est. et cibus apponitur. vt manducare debeas Cui homo dei Non inquit chara soror propter hunc cibum te permitto hinc abire. quia piscis iste sic allatus michi non erit sumendus Est enim veneni peste infectus.<sup>l</sup> quem nobis infestus apparauit inimicus: vt ex eo michi fieret interitus Sed gratias spiritui sancto qui suo instinctu aperuit cordi nostro: ne venenum percipiendo gaudium faceremus inimico Tunc emissa voce inelamauit coruum adesse: quem de more consueuerat collectis micis in fenestra pascere Adest repente coruus: cui imperando dei seruus ait Hunc piscem in rostro assume.<sup>l</sup> et in tali loco longius projice: vbi ab homine nunquam possit inueniri Quem aliquantisper dubitans. tandem rostro assumpsit: leuauit et recessit Tunc terribiliter interminatus est sorori hec cernenti: ne quamdiu ipse viueret  
20 **xxii** hec alicui aperiret **xxij capitulum** Hec ipsa filium habens adolescentem. cuidam potenti commendatum. vt ab illo arma sortiretur: interrogata est ab eodem seruo dei Vbi est filius tuus.<sup>l</sup> et qualiter agit? Cui illa Ad quemdam inquit potentem nostrum consanguineum saluum et incolumem direxi illum\*: vt cum eo degat donec miles efficiatur Tunc ait homo dei Vanum presagium\* inicio nuper acte quadragesime de illo exercuisti:  
25 vt quasi mori non posset: cuius calciamentum in altum proiectum. vltra trabem superuolasset Nam illo in loco egrotans: tali die talique hora mortuus est ac sepultus Tunc illa vltra quam dici possit ammirans et valde pauens discessit.<sup>l</sup> et antequam domum veniret. nuncius illam de filij morte preuenit: illo loco tali die talique hora mortuum annuncians et sepultum\*: veluti vir domini arnulphus spiritu prophetico predixerat  
30 **xxiii capitulum** Solemne martyrium gloriosi leuite laurentij annua celebritate festiue agebatur. et populi multitudo campos et plateas in circuitu monasterij beati medardi vndique replauerat. cum ecce quedam mulier filium habens tredecim annorum ab ortu mutum. irrupit ad fenestram celle serui dei: et cum graui merore cepit implorare. vt sui vir sanctus filij miseretur Qui condolens et collacrimans orationem fudit.<sup>l</sup> et deinde acceptum per fenestram puerum signo sancte crucis cum diuini nominis inuocatione signauit. labris quoque eius signum alme crucis impressit. digitis linguam eius contrectauit: et eum sic interrogauit Quale nomen habes? Et ille statim in verba resolutus: plane et aperte respondit Iohannes Et sic deinceps inoffense verba formans: plene locutionis munere donatus est Innotuit continuo tale factum multitudini:  
40 et magnis vocibus ex ardore fidei concrepabant in laudibus conditoris Cumque et ipsius serui christi nomen in eisdem laudibus personarent: nimium aspernatus ait Valde erratis: quia opera christi michi peccatori imputatis Quod dominus fecit domino imputate et glorioso martyri laurentio: cuius sacra solemnitas celebratur hodie Nam animam meam ledit: qui tale opus mee virtutis esse credit Sic laudes hominum cauens. et toto nisu puram intus humilitatem seruans. factus est apud deum meritis gloriosus: et apud homines extitit laude dignus **xxiiij. capitulum** Adolescens quidam infestissima demonum peruatione comprehensus. vinculis ac cathenis colligatus non poterat domari: sed omnes quos tangere potuisset morsibus lacerabat. Postremo a multis vtcumque superatus et coartatus. cum magna vi pertractus

259r3 : tussen vitam en amisit is een woord doorgehaald

259r23: achter illum is een d doorgehaald

259r24: lees presagium

259r29: de interpunctie lijkt achter sepultum (door een corrector?) te zijn gewijzigd van . in :

[259v] est ad ecclesiam sancti medardi: et viro dei indicatum est de eo Qui condolens pessime captiuo:  
iussit eum ad se *conduci Cumque in cominus venisset: mox vt seruus dei illum vidit si-*  
*gnum crucis edidit: et trahentibus illum ait Dissoluite illum Aiunt illi Domine hunc dis-*  
*soluere nullo modo audemus: ne forte in nos consurgat et perimat Et vir dei*  
5 *Iam dixi inquit vobis: dissoluite illum nil metuentes Tunc nimis egre manus ap-*  
*plicantes: ceperunt eum dissoluere At ille dissolutus. mox corruit pronus in terram et ad-*  
*orauit Iam enim postquam christi seruuum viderat. et ab eo fuerat consignatus: vis inimica in*  
*illo consopita quieuerat Vir autem domini iussit a terra eum surgere: et ad celle fenes-*  
*tram proximare Quo prope astante: cepit seruus christi requirere dicens Dic michi fili inimi-*  
10 *ca hec infestatio que te tenuit. quando vel qualiter tibi aduenit At ille euentum cau-*  
*se enarrauit dicens Mi karissime pater quidam fuit michi consobrinus. forma elegans et*  
*corporis robore acerrimus. cuius animos cuiusdam viculi homunciones offenderant. intantum*  
*vt adunatis idem meus consobrinus sodalium et amicorum cateruis eundem viculum*  
*assilire tentaret: vt effracto viculo et peremptis habitatoribus. iniuriam sue offen-*  
15 *se crudeliter vindicaret Sed quoniam idem viculus salua\* vndique cingebatur. et val-*  
*lo consurgente ambiebatur. illi quoque homines qui inibi reperti sunt viriliter restiterunt: supradictus*  
*consobrinus meus nil votorum obtinuit. quinymmo vulneratus lancea et visceribus*  
*patefactis. ilico idem mortuus est Quem mortuum ego miser apprehendi. et vtrique sca-*  
*pule talos eius imposui. sicque trahens illum per medium saltus: educebam illum a loco*  
20 *interfectionis Nox tetra tunc erat. et ecce circumsteterunt me ante et retro spirituuum sinistrorum*  
*innumere turbe vlulantes et sibilantes: et interdum cachinnantes Tunc timor et tre-*  
*mor horrendus me inuasit. et quedam vis aduersaria medullitus me concussit.*  
*et quid facerem nescius: tandem mortuum quem trahebam nescio quem in locum proieci Mox*  
25 *itaque sensu perduto menteque mutata: talis effectus sum. vt vidit vestra beatitudo*  
*Tunc famulus dei dixit ei Et vis penitere. quia tam grandi malo cooperato inter-*  
*fuisti? Ille ait Pro hoc malo et pro omnibus quibus deum offendi. volo sancte pater di-*  
*gnam deo penitentiam offerre: et deinceps quantum potero ab omni malo cessare Sic christi*  
*famulus iniuncto illi penitentie modulo. sanum et incolumem recraque mente vigentem in pro-*  
30 *pria remisit: emundatum non tantum demonica legione. sed et humani sanguinis hau-*  
*riendi ingenita crudelitate Nam si tali modo prepeditus non fuisset: omnes illius viculi*  
XXV *incolas in vltionem consobrini perempti peremisset Per idem tempus seua o-*  
*pinio vrbem suessionicam. et illius suburbana villasque adiacentes per quos-*  
*dam rumigerulos fedauerat. de hostili videlicet danorum aduentu. dicentibus qui-*  
*budam quod gens danorum de terra sua emergens. totam franciam in breui occupa-*  
35 *tura et deletura esset: et nec senibus vel infantibus ecclesijsque villo modo parcitu-*  
*ra Qui rumor infaustus intantum conualuit. vt tedbaldus episcopus suessionensis virum dei*  
*arnulphum. tamquam videlicet diuinitatis simmistam super hoc magnopere consulens exposceret*  
*et domini misericordiam an ita de proximo futurum esset anxius indagari supplicaret At*  
*famulus domini mox vt hunc audiuit rumorem: inanem prorsus et vacuum sensit Tamen*  
40 *ne leuitatis notaretur. inducias petijt in crastinum: quatinus per alta noctis si-*  
*lencia supernam maiestatem vberius precaretur. huiusce rei aliquod manifestum sibi aperi-*  
*ri indicium Sequenti mane sollicitus redit episcopus ad modernam spiritualis archam*  
*testamenti: ac celeste reposcit super hesterno deposito oraculum Quem famulus christi*  
45 *diuinitus sumpto formans solamine. ne paueas inquit presul venerande. quoniam*  
*quamdiu tu et ego mortale gerimus corpus gens danorum vel quelibet alia bar-*  
*baries regnum francie non vastabit\* ffrancia quos retinet proceres extinguere vellet*  
*Presul tedbaldus suessorum presul opimus Quo sic francorum compesceret arma virorum*  
*Audiuit famam vulgi leuitate volentem Sepius auditum vel sepius hoc repetitum*  
*Quod gens danorum deuastans cuncta locorum Concussit gentes fecit pallere potentes*

259v15: lees *silua*

25947vv.: volgorde der verzen: eerst linkerkolom van boven naar beneden, dan rechterkolom

[260r] Hac de re presul populari murmure pulsus  
 Consulit arnulphum diuino pneumate fultum  
 Implorans nimium quo poscat pandere christum  
 An sit venturum vel sit regnum ruiturum  
 5 Arnulphus simmista dei petit ocia noctis  
 Sternitur in terram lacrimarum flumina stillat  
 Orans hac de re deus omnipotens<sup>\*</sup> miserere  
 Parce tuis miserere reis spes vnica mundi  
 Constans inuictus nullius imagine fictus  
 10 Sub quo curuantur reges celi que rotantur  
 Per mortem nati qui soluis iura baratri  
 Hostibus infandis ne tradas ius pietatis  
 Ne dicant vani quod francia seruit inani  
 Ne ludant miseri deus iste nequit misereri  
 15 Ne dicant miseri valet an cui francia seruit  
 Ecce feri dani velut inquit vox popularis  
 In tua consurgunt que perdere cuncta requirunt  
 Protege nunc gentem dominum te rite sequentem  
 Se tibi donantem vel precipue famulantem  
 20 Gentem francorum plenam gregibus monachorum  
 Gentes sanctarum cultrices ecclesiarum  
 Que te glorificant. que sanctos semper honorant  
 Ne videant hostes caueat vel plebs tua mortes  
 Sis memor istorum sis protector famulorum  
 25 Presta per genitum tecum simul omnipotentem  
 XXVI Interea tedbaldum ciuitatis auguste suessorum antistitem iussio diuina sustulit ex  
 hac vita.<sup>l</sup> cuius sedem atque locum quidam generosus nomine geruasius pro recompensatione pa-  
 latini seruitij impetrauit donari suo fratri carnali nomine vrsioni. habitu quidem mona-  
 30 cho et ab infantia literis erudito: sed ad tale officium minus idoneo Cuius ignauia  
 vite. et non canonicus introitus haud longe percubuit ad aures romani pontificis nomine  
 gregorij Qui mox datis epistolis ad hugonem dyensem episcopum. et tunc galliarum legatum  
 monuit. vt vita et promotio vrsionis canonicè discuteretur.<sup>l</sup> et quicquid in his sacris legibus  
 obuiasset: synodali iudicio rescinderetur Hinc accidit vt hugo prefatus in ciuitate meldis  
 35 super amne materna tedbaldo comite sibi patrocinate teneret concilium. vbi secundum decre-  
 tum domini pape concessa vrsioni se purgandi facultate. postquam legitime vocatus et can-  
 onicè protractus. se presentare contempsit. iudicio episcoporum noxam subijt. ac proinde condemna-  
 tus clero suessionico idem prestolanti copiam electionis patefecit Tunc ergo consulti<sup>\*</sup> con-  
 cilij pars sanior cleri et casati sedis suessionice. elegerunt sibi in pontificem sancte  
 40 cultorem religionis dominum arnulphum: et vt sibi celeriter donaretur instanter acclamaue-  
 runt Sic facta et conscripta concordie electione. hugo legatus statim e concilio direxit  
 personas ad cenobium sancti medardi. per epistolas mandans et monens. vt dominus arnul-  
 phus cellam exiret.<sup>l</sup> et concitus ad meldense concilium veniret: alioquin vt inobediens ana-  
 thema subiret Licet egre paruit seruus christi mandatis legati: venitque ad concilium  
 45 Quo residente repente relecta est petitio cleri et populi suessionici: dominum arnulphum sibi episcopum  
 eligentis Ex hinc fit vox episcoporum. arnulphum omni sanctitate ornatum: suum collegam fieri pos-  
 tulantium Sic mox tractus et infulatus. et nec ad momentum se excusare permissus: in  
 conspectum pontificum est collocatus Cui afflicto et merenti hugo legatus in virtute sancte  
 oboedientie sacro iniunxit mandato: vt deinceps christi ecclesie ministrare studeret in pontifica-  
 li officio Iam ita constrictus cessit edictis.<sup>l</sup> et designato consecrationis tempore vel lo-

260r5 : vóór *christus* is een letter *d* doorgehaald  
 260r7 : *omnipotens deus* met omzettingstekens  
 260r37: BHL 704 *consultu*

[260v] co redijt ad *monasterium sancti medardi*: vt *itineri necessaria* prepararet *Quibus* copiose paratis *non* suo typo. *sed fidelium*\* voto profectus est cum *quatuor* monachis. et *electis* de clero. *venitque in campaniam* ad castrum quod dicunt *virtutes* Comes  
 XXVII *autem* *tedbaldus* cognito eius aduentu. cum magno *militum comitatu*\* ac *nobilium* gaudens eum excepit: obsequensque *intra tectum* *conducit* *Iam autem* hora *vespertina* in quodam remotiori *triclinio* *vir domini* secretius *residebat*. et *prefatus* comes cum *perpaucis* nobilium *assidebat*. ac de *spirituali* salute *queritabat*. cum subito *vultu mutatus*. et quasi *spiritu concitatus*. *Vocate ait michi* illos duos\* *nostros fratres*. *euerolfum* et *ostermarum*: *habeo enim* illis *aliquid dicere* *Nec mora* *vocantur* *veniunt* *Qui dum* *starent ante illum*: ait *ostermaro* *Postquam* deo *miserante* *secularis* *militie* *dereliqui*: *pro* *viribus* *studui*. ne cui *fratrum iniuriam* aut *quamlibet contumeliam* *irrogassem* *Et quod* *sollicite* *obseruavi*: ab *omnibus* qui *michi* *adherebant* *sollicitius* *obseruari* *sategi* *Noui enim* *penam* *diuino* *ore* *decretam* *ei*: qui *scandalizauerit* *vnum* *de* *pusillis* *Cum hec* *quam* *maxime* *vera* *sint*. *quomodo* *tu frater* *ostermare* *huic confratri* *nostro* *euerolfo* *tam infaustam* *contumeliam* *dicere* *presumpsisti*.<sup>1</sup> et *nec timori* *dei* *nec pudori* *nostro* *quippiam* *pepercisti*? *Vade* et *compone* *iter* *tuum* *rediens* *ad* *monasterium*: *quia* *post* *tante* *ineptie* *profusionem*. *tuam* *in* *via* *non* *patior* *societatem* *Volo enim* *comites* *itineris* *nostri* *fieri* *gratos* *mites* *beniuolos*. *sibi* *inuicem* *seruientes*: *non* *rebelles* *aut* *non* *subditos* *At* *ille supra* *modum* *consternatus*: *tremula* *voce* *respondit* *Domine* *pater* *vbi* *queso* *rebellis* *fui*.<sup>1</sup> *aut* *cui* *contumeliam* *feci*? *Prorsus* *nusquam* *Respondit christi* *seruus* *Nonne* *aures* *mee* *ad* *os* *tuum* *erant*. *quando* *dixisti* *fratri* *euerolfo*. *te* *malle* *vt* *caput* *eius* *mergeretur* *in* *latrinam*.<sup>1</sup> *quam* *tuus* *caballus* *solito* *amplio* *rem* *secretam*. et *quasi* *furtiue* *prolatam*: *tam* *expresse* *potuit* *cognouisse* *Siquidem* *longe* *a* *se* *distabant* *camera* *qua* *vir* *sanctus* *residebat*. et *animalium* *stabula*. et *non* *nisi* *in* *annone* *distributione* *hec* *fuerat* *congesta* *stultitia* *Tandem* *prouoluitur* *dicti* *reus* *ad* *vestigia* *vir* *dei*: *prouoluuntur* *et* *ceteri* *fratres* *suppliciter* *veniam* *fratri* *implorantes* *Quibus* *dei* *famulus* *ait* *Indulgeat* *illi* *deus*: *sed* *tamen* *hac* *in* *via* *noster* *deinceps* *non* *erit* *socius* *Tunc* *ille* *plorans* *et* *nimum* *tristis* *ait* *Eheu* *sancte* *homo* *dei* *qualiter* *a* *te* *regrediar* *solus*.<sup>1</sup> *vel* *qualiter* *tantum* *huius* *repulse* *portabo* *obprobrium*? *Putabunt* *omnes* *quod* *nefandum* *scelus* *admiserim*: et *idcirco* *a* *te* *eiectus* *sim* *Parce* *precor* *meo* *pudori*:  
 XXVIII *presta* *veniam* *ne* *perpetuo* *subijciar* *merori* *Tunc* *vir* *dei* *illius* *dolori* *compassus*: *fratrum* *pro* *eodem* *supplicantium* *votis* *condescendens* *ait* *Tu* *quidem* *ob* *tuam* *stoliditatem* *omnino* *regredi* *habebis*.<sup>1</sup> *sed* *nos* *per* *dei* *gratiam* *honestam* *tibi* *causam* *iniungemus*: *vt* *ex* *hac* *re* *gressionem* *nullum* *patiaris* *dedecus* *Sed* *mandatum* *quod* *tibi* *committo* *serua* *secretum*: *nec* *cuiquam* *pandas* *nisi* *cui* *volumus* *fore* *nunciatum* *Itaque* *a* *nobis* *digrediens*. *ciuitatem* *parisius* *uenies*. et *reginam* *bertradam* *nostra* *vice* *visitabis*. et *annunciabis* *illi* *gaudium*.<sup>1</sup> *quia* *reuera* *in* *vtero* *gestat* *filium*. *quem* *in* *sacro* *fonte* *vocabit* *ludouicum*: *quique* *post* *patris* *decessum* *regnum* *tenebit* *francorum* *Illa* *tibi* *vix* *credet*: *quia* *infans* *vitale* *motum* *nondum* *habet* *Sed* *dic* *ei* *vt* *confidenter* *credat*: *quoniam* *post* *modicum* *temporis* *sentiet* *quod* *portat* *Sic* *monachus* *valde* *letificatus* *arripit* *iter* *versus* *parisius*: et *regine* *pandit* *amabile* *mandatum* *Illa* *pre* *stupore* *palescit*: *regemque* *philippum* *venatibus* *intendentem* *missis* *perniciter* *nuncijs* *euocauit* *Qui* *ueniens* *et* *legationem* *tam* *gratam* *auide* *suscipiens*. *optatamque* *diu* *prolem* *a* *domino* *sibi* *concessam* *comperiens*: *cepit* *gaudere* *et* *timere*. *multumque* *metu* *et* *leticia* *fluctuare* *Gauderet* *plane*. *si* *ex* *toto* *certus* *esset*: *metuebat* *ne* *talis* *promissio* *vacua* *remaneret*  
 45 *Tandem* *vicit* *in* *pectore* *regali* *fidei* *presumptio*: et *prudenter* *decreuit* *non* *esse* *superfluum*. *quod* *per* *talem* *virum* *dei* *fuerat* *prophetatum* *Nouerat enim* *multiformi* *experimento*: *cuius* *sanctitatis* *et* *veritatis* *existeret*: *per* *quem* *processerat* *hec* *annunciatio* \**Paucis* *deinde* *euolutis* *diebus* *sensit* *mater* *palpitantem* *filium*. et *cum* *gaudio* *prestolans* *illius* *natiuitatem*: *pre* *amore* *pro-* *lis* *nullum* *pariendi* *reputauit* *dolorem* *Denique* *iuuenculum* *in* *vigilia* *paschali* *episcopo-*

260v2 : vóór *fidelium* is een (op *voto* anticiperende) v doorgehaald

260v4 : *comitatu* (door correctie uit *comitantu*) *militum* met omzettingstekens

260v8 : *duos illos* met omzettingstekens

260v47: vóór *Paucis* is een hoofdletter doorgehaald

[261r] rum manibus obtulit ad baptismum ac iuxta beati vatis presagium. in regeneratione sacri  
fontis fecit illum vocari hludouicum Iste est ergo hludouicus qui modo regit scepra  
francorum. bellorum ciuiliu pro posse sedator: hostilium fortis exercitator Quantum tamen  
5 ex illo pacis sedator strenuus in armis. cautus in verbis. prudens in consilio. impa-  
uidus in bello. bonorum amator hominum: et regalium cultor probitatum Cui si quid de-  
est regie perfectionis: non tam sue culpe. quam procerum regni imputamus delictis Verum  
XXIX Expleto igitur itinere peruenit ad hugonem legatum: eiusque insperato aduentu  
idem hugo gauisus est pariter et turbatus Gauisus quod tam laudabilem personam exce-  
10 pisset: turbatus quod ad eius consecrationem nullum episcoporum inuitasset Sed totum deo commit-  
tens. repentino nuncio letificatur: omnisque ei anxietas tollitur Sequenti enim die presen-  
tant se illi tres episcopi. qui nulla necessitate de suis tunc locis aduenerant: sed tacito in-  
stinctu se permotos. vt legatum inuiserent palam asserebant Patuit ergo omnibus ma-  
15 nifestum diuini consilij archanum: et quod reuera hunc in pontificem consecrari superno iu-  
dicio esset prefixum Itaque die dominico mox sequenti consecratur episcopus xiiij<sup>o</sup> kalendas ianu-  
arij: et cum magna omnium letitia ad sedem suessionicam feliciter est transmissus Nec la-  
tuit populos viennenses inclita fama eius. quin potius congregati mutuo se hortabantur. vt  
illum vi raperent: et sue vrbi archiepiscopum intronizarent Tunc etenim vienna ciuitas pontificis  
20 amministrazione carebat Quo rumore latius peruagante. vir dei festinauit exire fi-  
nes eorum. accelerans exercere salutem animarum sibi specialiter commissarum: et vineam ex -  
XXX colere cui fuerat cultor et custos ordinatus Sane cluniacum monacho-  
rum agmine sat deuotum. dum quasi latenter permeare diserneret: fama comes virtu-  
tum non permisit hunc latere Nam comperiens aduentum eius hugo abba vir precipue religiosi-  
tatis. collecto monachorum exercitu. magno decore ornato. obuiam ei processit. et  
25 beatum pontificem eximia cum veneratione excepit. non tantum propter episcopatum. quantum propter  
prioris vite sibi notum. et deo gratum meritum Quem honorifice susceptum. et benig-  
ne habitum. sedulus explorator obsedit. non typo curiositatis. sed feruore sancte cha-  
ritatis. proponens questiuunculas de scripturis. et earum solutionem ab ore illius\*  
eliciens. vt tali indagine rescire posset. vtrum in promptu haberet proferre noua  
30 et vetera: ne commissa illi ecclesia minus iusto spirituali aleretur doctrina Denique  
sic contigit. vt quem idiotam et agrestem existere dominus hugo pius\* abba zelo  
charitatis extimuerat. hunc doctrine fluentis exundare. et oratoris facundia non me-  
diocriter vigere letus expertus sit Sed predicti hugonis vel breuem memoriam in-  
dere animus ardet ffuit nempe corpore et corde castissimus. eleemosinarum et  
35 orationum iugi studio intentus. monastice institutionis custos et sator instantissimus.  
perfectorum monachorum et personarum ad cultum ecclesie idonearum nutritor indesinens.  
XXXI et sancte ecclesie procurator et dilatator admodum feruens Occupabat  
sedem suessionicam ille non matris electione. sed palatij iure episcopus vrsio. geruasij regij  
dapiferi germanus. et idcirco rebus episcopi interim vtebatur: quoniam regius fauor  
40 ob gratiam fratris eundem comitabatur. Venienti ergo domino arnulpho episcopo. et suessi-  
onis ciuitatem intrare disponenti. fit obuius isdem geruasius cum turba armato-  
rum. et monuit ne ciuitatem intus iret: si tandem viuere vellet Cui vir dei constanti  
mente respondit Scriptum est dicente apostolo: quoniam perfecta charitas foras mittit timo-  
rem Et quia michi viuere christus est et mori lucrum. obedientiam apostolico mandato michi impositam co-  
45 nabor adimplere: ne non obediens merear reprobari Habeat me dominus deus aut martyrem si  
interficior: aut confessorem si euado Charitas enim christi vrget nos Ita dicens animal  
cui sedebat. calcaribus agitat. vt ciuitatem velociter subeat At geruasius iniecta  
manu arripuit frenum iumentum. et retorquens animal cum sedente: coegit vtrumque  
aliosum reuerti Vir autem domini statim cessit obsistenti Sic in quantum licuit obedientie manda-

261r28: onleesbare correctie achter illius

261r31: vóór pius is leesfout prius doorgehaald

261v41: vóór armatorum is anticiperend mon (vgl. r. 42 monuit) doorgehaald

261v46: voor enim is leesfout ex doorgehaald

[261v] tum impleuit: et sedem quam non concupierat tranquilla mente interim deseruit Sed exco-  
luit pietate: quam visus est deseruisse corpore Verum quia non sedes episcopum. sed episcopus  
sedem facit. et virtus maiestatis per loca non scinditur. in quodam castello eiusdem dioce-  
sis vocabulo viciaco solaciante comite tedbaldo. mansionem ac sedem sibi statuit  
5 Vbi conuenientibus ecclesiarum prelati. et senioribus de clero. concurrentibus etiam promissis  
cuis populorum cetibus. penitentiam confessis. et reparationem lapsis. tota auiditate fi-  
deliter ac strenue procurabat Occurrebant populi: sanabantur infirmi Aduenientibus  
predicatio frequens impenditur. animarum et corporum vlcera percurantur! ecclesie hac  
et illac consecrantur: diuine laudis officia sacrosancta \*admodum renouantur Gau-  
10 debant omnes reformatam ecclesie venustatem: que per vrsionis incuriam multam incur-  
rerat iacturam **xxvij. capitulum** Commorante viro dei in eodem castello. accidit  
infirmari monachum et presbyterum euerolfum ipsi antistiti per omnia deuotum: quem idem presul  
diligebat plurimum Iamque isdem pre acerbitate morbi feruescentis credebat se  
moriturum. ac idcirco postulauit episcopum. vt sacro eum oleo perungeret Cui episcopus lumine  
15 prophete inspiratus ait Intempestiua sunt que flagitas. quibus ideo non annuo: quoniam  
diuine dispositioni contraria scio Nam non ego te vngere aut sepelire habeo: sed tu me alio  
tempore alioque in loco obeuntem. vnguendo et sepeliendo sacris officijs prosequeris Et  
ille ait Ad vestri transitus obsequium quomodo indignus possim accedere! cum episcopi vel  
abbates illud debeant celebrare? Ad quem presul Scias certissime. quia ad mee  
20 vnctionis vel tumulationis obsequium nullus episcoporum vel abbatum conueniet: sed  
per tue dilectionis seruitium circa me omnia complebuntur Sic locutus manum egroto im-  
XXXIII posuit: et fugato morbo fratrem ad sanitatem reduxit **xxviij. capitulum** Populo-  
rum frequentia vndique ad eum properante. quorum morbis expiandis attentius  
insudabat. quadam die in exdra stans. et per fenestram foras prospiciens. vidit  
25 in platea subiacente hominem anhelum gradientem: et super collum plancam baiu-  
lantem Moxque dixit circumstantibus Planca illa que eminus baiulatur. raptu ac-  
quisita est Circumstantes dicunt ei Et vnde hoc cognoscere o domine potuisti?  
Respondit dei seruus Certissimum habeo quod de raptu venit: quoniam hac eadem hora au-  
tor rapine dyabolus cum suo raptu collum illius hominis insidendo premit Mox  
30 de illis vnus pro omnibus in agilem cursum se celeriter dedit: et plance baiulum per-  
contatur Heus tu homo planca ista quam sic anhelus baiulas! vnde queso tibi  
prouenit? Respondit ille Apud nantolium villam in quadam congressione affui: et  
hanc ibi plancam rapiens acquisiui His percontator auditis. ad eos qui se mi-  
serant celer redijt: et viri dei testimonium ex toto fuisse veridicum stupentibus nun-  
35 XXXIV ciauit **xxix. capitulum** Quodam tempore cuiusdam vici plebitaneam ecclesiam dedicaturus: ait  
clientibus suis Tali rogo semita ad ecclesiam illam nos ducite: vt lateat populos  
qua nos debeamus via venire Alimentorum quoque aliquid vobiscum portate: vt corpo-  
rum fatigationem valeamus post itineris laborem vel ad modicum releuare Ita-  
que semita remotior ac deuia arripitur. nec tamen feruor populi sitientis hoc argu-  
40 mento sedatur: sed sub omni celeritate grandis multitudo circa illum adunatur  
Quod cernens dei seruus in laudem conditoris erupit: et familiaribus suis dixit.  
Quicquid alimentorum hic habetis proferte: vt vires post laborem valeamus repa-  
rare Nec mora proferuntur claustralia paximacia quinque. que vulgo dicuntur  
45 crudemice! funduntur vini quoque quine mesure iuxta modum claustralis iusti-  
cie. et constratis in herba tapetibus vir domini resedit. proflua illum turba gre-  
gatim ambiente Tunc benedicens panes. paucos quidem numero. sed multos nume-  
ri misterio! iussit omnibus qui vndique considerebant ex eisdem panibus distribui:  
vinum quoque ad satis propinari Res itaque tunc gesta in hoc visa est digna mi-  
50 raculo. quoniam ille panis illudque vinum tam abunde cunctis suffecit: vt di-  
cerent bene se refectos et copiose satiatos Nam excepto presule cum proprio

<sup>1</sup> 261v9: vóór admodum is off doorgehaald

[262r] comitatu. manducantium turma septingentorum numerum superauit **xxxm capitulum**

XXXV Qualiter sane regionem flandrensiū petierit. et que causa ad has illum partes retraxerit  
competens descriptionis ordo iam narrandum exposcit Robertus ergo tunc comes  
5 flandrensiū infestus fuerat quibusdam primarijs ac ditioribus gentis  
sue. qui pondere grauaminum eius instigati. id consilij pertractabant. vt isto comite  
deiecto. mitiorem sibi principem prouiderent: balduinum scilicet comitem mon-  
tis castrorum Tale consilium illorum postquam \*comiti roberto innotuit. omni  
molimine suos proditores intercepti. aliquantos perimens. aliquantos proscri-  
bens: quosdam etiam rebus et honoribus nudatos extra patriam exulare com-  
10 pulit Inter quos arnulphus morinorum archidiaconus. et ecclesie beati audomari  
prepositus: de omni officio suo pulsus. et multis diebus profugus Qui se-  
ro ad se rediens romanum pontificem nomine gregorium expetijt: et quanta calum-  
nia gradum et honorem amisisset. lacrimabiliter proclamauit Tante eius calami-  
tati compatiens dominus papa. decreuit suis epistolis animos Roberti turbidos  
15 et feroces. ad lenitatem prouocare. et \*suspectis suis aut plene indulgeret:  
aut certe facultatem se purgandi concederet Sed quia nemo potuit inueniri.  
qui apostolici literas in presentiam comitis tam offensi deferre presumeret: res in  
longum dilata est Tandem memorie subijt constantia sanctitatis et feruor  
charitatis huius domini arnulphi suessionici episcopi. idque in palatio domini pape  
20 celebre innotuit: hunc esse proculdubio. qui apostolici mandata comiti ro-  
berto presentare incunctanter preualeret Tali tandem consilio animatus dominus papa gre-  
gorius. scriptas et bullatas epistolas dirigit venerandi presuli arnulpho.  
mandans et imperans. vt literas interuentrices et personas de quibus agebatur.  
ad presentiam comitis Roberti in suo conductu offerret: illisque veniam  
25 vel copiam se purgandi ad honorem apostolice sedis impetraret Hac  
igitur causa bifarie iusticie. id est obedientie principalis. et fraterne compassionis  
alligatus. vir fortis pietate cum quibusdam illorum venit ad oppidum insu-  
lam nuncupatum: vbi reposito comite Roberto sacra apostolici presentauit Que dum  
legerentur. interim causati clam se submittentis tenuerunt pedes eius O  
30 furor et rabies. o motio fellis amara. que tunc fronte oculis. et toto  
vultu comitis ferbuerunt: quando sensit exosos suos tetigisse pedes suos  
Sed quid illa ferocitas in conspectu huius viri faceret? Affuit continuo gratia dei  
et tam pro contemplatione sanctitatis eius. quam pro reuerentia sedis apostolice. salus et  
vita rerumque facultas indulta sunt Laudabilia laudabiliora sequuntur.

35 XXXVI **xxxj. capitulum** Quia nempe illo in tempore per quedam flandrie loca cotidiana  
homicidia et insaciabilis humani sanguinis effusio. pacem et quietem to-  
tius regionis abstulerant. ob hoc magnis precibus maxima nobilium  
multitudo vix obtinuit. vt loca in quibus maxime atrox crudeli-  
tas seuiebat. presul domini visitaret. et mentes flandrigenarum indociles  
40 ac cruentas. de pacis ac concordie bono aliquatenus commoneret Illam ergo  
diabolicam rabiem et brugensium atque furnensium necnon aldenburgensium mu-  
tuas internationes vir domini verbo dulciflue predicationis et instantia pater-  
ne ammonitionis propemodum mansuefecit: et corda crudelium ad te-  
norem concordie licet nimis laboriose complacauit Et vt breuiter ma-  
45 gna expediā. expensio mille marcarum argenti nullo modo potuisset  
sedare: quod gratia dei per hunc suum ministrum in regione illa dignata est

XXXVII moderari **xxxij capitulum** Eodem tempore Rogerus comes porcensis missa ad  
beatum arnulphum fideli legatione. magnis precibus expetijt. vt beatus  
presul dignaretur venire. et ecclesiam consecrare quam edificauerat in castro

262r7 : vóór comiti is ad doorgehaald

262r15: BHL 704 ut

262r29: causati interim met omzettingstekens

[262v] quod dicitur caluus mons remensis territorij. affirmans se donaturum plurima ad vsu[m]  
ecclesie: si tantum vir domini assensum daret. vt sacre dedicationis officium perficeret Et vt  
moris est consulti cleri dies statuta est: et per loca oportuna preconis voce populis  
indicata Nemo autem posset estimare quanta multitudo populorum aduenerit Inter innume-  
5 ras vero turbas quedam mulier de villa cauniaco annis xv. ceca aduenit. que comi-  
tisse suffragio ad beati viri vestigia se prostrauit: clamans et dicens Serue dei  
miserere mei. et digitis benedicte dextre tue loca oculorum meorum tange: credo enim  
quod tuis meritis deus medicabit reddito lumine Aderant ibidem a prefato comite nobi-  
les ac illustres persone conuocate. inter quas ingelramnus archidiaconus laudunensis. post-  
10 ea episcopus. Rodolfus viridis postea remorum archiepiscopus. abbates et proceres aliquanti. quorum  
presentia vir domini solita modestia verecundatus: cecate femine respondit humiliter dicens Chara  
soror. noster quid tibi prodesse valet contactus? At illa calore fidei succensa subiecit Immo  
tuus valde michi proderit attactus: tantum vt loculis oculorum digitos immittas in christi  
15 nomine peto Superatus hac voce. et tamquam vim passus: cum signo sancte crucis intulit di-  
gitos cauernulis oculorum. et dixit Secundum fidem tuam fiat tibi Statim reparati  
sunt oculi eius: et respiciens vidit omnia clare Clerus autem super hoc valde exhilara-  
tus: statim cum gaudio iubilos laudum reddiderunt omnipotenti vociferantes. te deum  
XXXVIII laudamus xxxiiij capitulum Adhuc actibus implicito viro dei arnulpho. fuerat  
20 ei miles quidam consodalis nomine gericus. qui recedente viro dei de seculi actibus  
rapinis et diuersis predationibus attentius insudabat. nec deum timens nec hominem pauens:  
viduas et orphanos assidue opprimebat Hanc eius nefandam vitam comperiens  
seruus dei. interim exorabat christi bonitatem. quatinus illi gerico immitteret occasionem: qua  
pessimos mores deserere. et domini timorem inciperet cogitare Interea gericus mun-  
25 di prosperitate perfunctus. duxit vxorem nomine iudith equa nobilitate pollentem.  
Generat liberos: et annis plurimis cum tota domo sua. tota felicitate fulcitur  
Postea ceperunt mori filij: et intra paucos annos nec vnus liberorum ei superfuit Ip-  
se etiam grauem incurrit egritudinem. quadraginta mensibus decubans in lecto. et co-  
tidie mortis articulum spectans Iam eius nepotes cernentes illi prolem deesse.  
30 terras eius et queque beneficia sibi vendicare affectabant Iam vxorem eius iudith absque  
dote facere: et ab omni mariti hereditate detrudere conabantur At illa quid faceret?  
Nullus tutor: nullum solatium se illi offerebat Tunc illa conuersa ad dominum exora-  
bat flebiliter. vt diuinum adesse dignaretur auxilium. vbi cessabat humanum Et re-  
cordata serui dei arnulphi: conuenit maritum moribundum questibus multis Mi cha-  
rissime coniunx inquit. ecce tui nati mortui sunt. ecce tui nepotes quicquid bonorum  
35 habere visus es in sua iura pertrahere satagunt. ecce firmauerunt sibi sermonem ma-  
lignum. vt te sepulto me turpiter eijciant: et coniugem tuam fuisse non recognos-  
cant Et quare tua nobilis fides non acquiescit consilij fidelis coniugis. vitam tu-  
am et salutem super omnia diligentis? Loquere in corde tuo. et fac votum ihesu christo domino  
nostro. quod seruum dei arnulphum tuum quondam consodalem et amicum lectica noctu visi-  
40 tes: et pater misericordiarum dolores tuos meosque merores respiciet At ille parumper re-  
cogitans respondit Sapienter tractasti. optimum consilium reperisti. quod libenter susci-  
pio: et vt citius fiat voueo et exopto Igitur lectica equestri deuehitur suessionis:  
et viro dei in sua cella demoranti perlatum est Qui congaudens aduenisse virum sibi  
45 olim amicabiliter in militia seculi sociatum: rogauit vt vsque ad suum deduceretur conspec-  
tum Sequenti die deductus ait Gerice tu miles optimus tuis. pessimus tibi:  
quamdiu irritasti dominum deum intendens operibus rapinarum Crede michi prope fuit in-  
teritus tibi. in gula leuiathan diutius obdormisti: sed christus dominus gratias ago illi  
lacrimas meas vt video non despexit. qui te immissa egritudine prepediuit: ne  
vsquequaue rapinis incrassatus fieres esca faucibus inimici Scias ergo indubitanter

262v28: vóór cernentes is spectantes doorgehaald

[263r] *quod infirmitas que te tenuit diuturnis precibus meis a domino exquisita fuit. vt vel inuitus cessares ab oppressione viduarum et voracitate rapinarum Ecce quantum tibi deus immense misericordie sue reseruauit beneficium: vt citius recognoscas te nequiter egisse. qui tantis flagitijs diffamatus. dentes leonis potuisti euadere Sed inquires Cuius*

5 *leonis? Audi beatum petrum apostolum diuina voce dicentem Aduersarius vester diabolus tamquam leorugiens: circuit querens quem deuoret Huius leonis rictus sola dei pietate euasisti Iam nunc da operam. vt ab eius potestate penitus exuaris At ille ait Dulcissime et amantissime pater eo voto eaque deliberatione ad tuam sanctitatem properaui. vt secundum tenorem vestri consilij deinceps vita mea componatur: et nichil amplius faciam. nisi quod vestre pietatis sententia dictauerit Tantum pro mea miseria diuine maiestati preces instantius fundite. vt corporis salutem recuperare valeam.) nam de anime sanitate in eo pactum coram*

10 *domino: quod amodo non faciam quicquid diuinis legibus contrarium intellexero xxxiiij capitulum*

XXXIX *Dum autem ista dicta sunt. vxor eiusdem prefata iudith lacrimabiliter prorumpit in vocem dicens: Serue dei exaudi queso et casus meos: et fer opem misere ac destitute Homo*

15 *dei respondit Dum audio vocem tuam. cognoui necessitatem tuam: et spondeo tibi in nomine dei. quia aduentus tuus et mariti non erit infructuosus vobis Vnde certo scias. quia respexit dominus contritionem tuam. et dabit tibi gaudium: eo quod fideliter seruieris marito in diebus dolorum suorum Maritus enim hic tuus quia iniquitatem reijcit iam perfecte sanabitur.) de quo filium suscipies nomine lambertum: qui iubente deo hac eadem die anno transacto nascetur Ille patri succedet. ille tuam senectutem enutriet: nec morieris donec sobole filij tui lamberti leteris Vnde volo et exhortor tuam dilectionem karissime gerice. vt amodo*

20 *viam iustitie ambules. ecclesiam dei et sacrum clerum honores. pauperibus nil auferas. immo ablata restituas: eleemosinam iugiter et abunde facias Decimas tuas numquam retineas.) agros tuos excole: principi tuo et comparibus tuis fidem et veritatem exhibe.) de iustis redditibus possessionum tuarum viuere stude: cum tuis colonis misericorditer age.) de collatis beneficijs grates deo iugiter redde: et diuina officia cotidie celebrantibus interesse stude Ita tibi facienti aderit gratia dei. et dabit pacem rebus tuis: et bono fine perfungeris Tu vero qui lectica huc es perlatus: auxilio dei equitando hinc*

25 *recedes sanus O quanta clementia superne bonitatis. que famulum suum tot virtutum donis exornat: vt et conuersatio eius in celis sit. et vite eius meritum alijs prosit Nam quantum datur intelligi. miles iste gericus. merito sue peruersitatis coram deo mortuus esset: nisi hunc oratio beati arnulphi assidue comitata fuisset Denique propicio deo et sanus recessit: et mox domi consistens filium genuit.) qui vt predictum est. eodem die nasci meruit. quique defuncto patri heres successit: et matri sue pius enutritor permansit Nam ipsa*

30 *sua mater tamdiu superfuit: quousque filius legitime vxoratus filios procreauit XXXV*

35 *XL capitulum Vir domini arnulphus inter flandrigenas pacem facere laborans. venit in villam que appellatur turholt: nam et ibi hostis antiquus ignem litium flammasque rixarum sufflauerat Cumque proximos effusi sanguinis alloqueretur. vt pacis federa inirent. et diabolica incendia sopirent. erat ibi quidam adolescens nomine herradus. herradi presbyteri\* carnalis filius. qui maluit surda aure pacis monita spernere: quam seipsum vel alios ad pacis studium informare Atrium itaque ecclesie in quo stabat episcopus nisus est exire: vt absens monita iusticie posset deuitare Dictumque fuit episcopo Ecce vnus\* recedit: in quo precipue causa consistit Statim episcopus euestigio prosecutus vsque ad comitis stationem illum subsequendo peruenit.) et ante pedes illius solotenus prostratus. humiliter flagitabat: vt ad pacis concordiam rediret Ille vero typo iuuenilis arrogantie inflatus subsistere noluit: sed veritus ne ab alijs teneretur. in fuge cursum se perniciousiter misit ffugienti ergo malignus spiritus insiluit: et in amentiam versus seipsum dentibus et ungu-*

40 *lis\* dilacerare cepit Quo comperto amici vel affines venerunt. et colligatum pertraxerunt ad presentiam serui dei. obsecrantes plurimum vt superbo et fatuo ignosceret. nec iniurie*

45

263r39: *presbyteri herradi* met omzettingstekens

263r42: achter *vnus* is een letter doorgehaald

263r47-48: BHL 704 *ungulis*, *Surius unguibus*

[263v] irrogate memor esset Quibus domini seruus dixit Iniuriam pro veritate illatam amplec-  
tor: et de cordis eius duricia plus afficior Vnde si vultis vt pro illius liberatio-  
ne dominum exorem. facite nobis certitudinem\*. vt vos omnes velit nolite teneatis  
firmam pacem.) et si litigium aut seditionem excitauerit: nemo vestrum ferat ei solamen  
5 Vna omnes voce dixerunt Anathema erit inter nos quicumque illi auxilium fecerit: nisi  
ad custodiendos sermones vestros Ita episcopus quasi promissis delinitus. aquam benedictam cum  
exorcismi permixtione confecit.) de qua iuuenis aspersus statim diaboli captionem euasit  
et sensibus suis sobrie functus: pacem et concordiam speciali amore tenuit **xxxvj.**

**XXI capitulum** In eadem villa turholt gestum fuit et aliud non minus mirandum Quidam miles  
10 aldenborgensis indigena nomine \*guilhelmus. statura et agnomine longus. habuerat  
filium iam adultum. tyrocinijs vsibus et rapinis faciendis nimis intentum: qui  
quodam tempore dum raperet. ab eo cuius res rapiebat percussus interiijt Genitor autem eius peremp-  
torem filij insidijs appetebat. nec cedebat ei locus vltonis. donec recursu temporis  
circa festum beati Iohannis in nundina turholtensi veniente percussore. et vestem comparet\*.  
15 idem miles guilhelmus illum gladio ceruice tenus percussit. et exanguem factum. non tamen  
mortuum. in cartallum quo vestes tenebantur deiecit Statim omnes nundine turbate  
sunt. fit clamor et indignatio in populis: cur quis principis pacem temerare presump-  
sisset Curritur ad comitem. qui presens in sua domo turholtensi consistebat. nuncia-  
tur ei dedecus sibi grande ingestum: quod pax eius antiquorum legibus firmata. cuiuspi-  
20 am audacia violata cerneretur Procedit comes robertus animo efferatus: iubet continuo  
percussorem et percussum sibi sisti Interim audit a suis militibus. quod guilhelmus longus  
huius audacie presumptor existeret: et in vltonem perempti dudum filij sui nun-  
dinas exturbasset Tunc comes aliquantisper mitigatus respondit Guilhelmus domes-  
ticus miles meus valde errauit: qui pacatam olim nati mortem per sanctum arnul-  
25 phum episcopum. denuo voluit vindicare Interea adducuntur ante illum percussor et  
percussus.) videturque\* non gladio incisa: sed quasi rubeo filo precincta Tunc comes ait  
ad guilhelmum Miror tuam temeritatem: sed plus miror tuam debilitatem Quandoquidem  
enim filium vlscisci cupiebas. quare tam molliter ferire non erubuisti.) vt feminea  
manus non virilis virtus in ceruice compareat? Agnosce ergo quoniam nutu dei id peractum  
30 est. qui vt meritum sancti serui sui declararet. non permisit illam ceruicem vulnerari: que per  
**XXII** ministerium tanti pontificis sponte fuerat addicta paci **xxxvij. capitulum** Intra terminos  
parochie gistellensis est quedam vena terre nigerrima. et interdum rufa: que crebris  
paludibus intersita. non facile poterat adiri In his ergo locis moratur genus hominum  
atrocissimum. qui omnem ferocitatem huius gentis genuina animositate superare videntur  
35 Ad hec loca vir domini pertractus. et eorum seuitiam modificare contendens: conuentus  
est a quadam femina lacrimosis singultibus ita dicente Serue dei miserere mei. et  
dignare introire in tugurium paupertatis mee: et tunc multiplicem videbis\*  
causam afflictionis mee Et ille mansuetus et humilis intrauit tectum vidue: vt  
videret causas calamitatis sue Iacebat\* enim in leculis quinque filij eius vno eodemque lan-  
40 guore constricti.) quorum nullus alium poterat adiuuare: vel in aliquo supportare  
Tunc mulier dixit Vide serue dei. quanta sit mea miseria.) quantus dolor me angit:  
quanta tristitia me affligit Seruio sola quinque viris. curro et festino de vno  
ad alterum: et minime placere valeo famulando Tunc vir domini nimia compassione  
congemiscens orauit Deinde aquam benedictam conficiens. totam domum et infir-  
45 mos aspersit: et eisdem sic imperauit In nomine domini nostri ihesu christi recedat a vobis  
iste languor. et statim conualescat: et matrem vestram tot doloribus addictam ser-  
uando vobis non egeatis Affuit continuo domini virtus. et statim surrexerunt: ac deinceps  
**XXIII** omni incolumitate vigerunt **xxxviij. capitulum** ffolcardus quidam gistellensis alacer  
et robustus. nec tam vtilis quam superbus. beatum presulem contemnendum putauit: et de

263v3 : vóór certitudinem is omnes doorgehaald

263v10: vóór guilhelmus is et stat doorgehaald en mogelijk aanvankelijk ook nomine waarna hersteld

263v14: BHL 704 ut vestem emeret, Surlus ut vestem sibi compararet

263v26: BHL 704 videtur cervix

263v37: videbis multiplicem met omzettingstekens

263v39: BHL 704 en Surlus Iacebant

[264r] pacis gratia colloquentem auscultare respuit *Qui dum faciem viri dei fugeret. repente traditus vltori spiritui est: a quo discerptus et miserabiliter laniatus. ab amicis vel propinquis vix potuit coherceri Et hic. non sua fide. sed aliorum prece per beatum pontificem demone purgatus. didicit iam ex passione. quantum beato viro impendere*

5 *XLIV* debuisse amoris et reuerentie **xxxix. capitulum** In vicino furnensis castris habitauit quedam vidua nobilitate et opibus fulta nomine eurerda. cuius maritum simulque filium atroces inimici occiderant. et de quorum interitu graues inimicitie eorum interfecto-ribus imminabant Ad quod malum compescendum accersitus presul domini sanctus arnulphus sponte ac prompte properabat. vbicumque de pace et concordia esset agendum Venit ergo asello vectus ad domum illius vidue nobilis: contra quam vox apostoli intonuit dicens Vidua que in delicijs est viuens: mortua est Talis ergo cum esset. beati viri ingressum omnino noluit. sed pontem leuatorium ante suam portam erigi iussit: ne pateret ingressus. neue daretur effectus votis hominis dei Ille tamen non destitit predicare arguere obsecrare. vt interfecto-ribus mariti vel filij pro refrigerio animarum ipsorum indulgeret: et quos crudeliter odibat. confederatos amicos sibi fieri permetteret Illa vero neque preces eius neque monita suscipere voluit. sed in sui persistens tumore animi. famulum christi contemptibiliter subsannauit: et derisum a se reppulit Sed non impune Nam postquam presul gemebundus ab ea recessit: grauis illam diuine animaduersionis percussio\* secuta est Etenim post modicum temporis manente celi serenitate. quidam leuis turbo surgens. domum eius contriuit et deiecit: in qua ruina deprehensa celeri morte perculsa interiit Vbi valde miranda res contigit. quod in eadem domo cum essent famuli et ancille. porci. canes et plurime columbe. anseres et galline. nemo ibi tunc perijt. nisi irreuerens femina. nec quodlibet animal ibi quicquam lesum est ffunditus\* extincta docuit non dogmata ficta: que monuit sanctus vindicte pondere tantus ffemina sit\* fortis. iuste

10  
15  
20  
25 *XLV* sit\* filia mortis **xl. capitulum** Venerandus seruus domini arnulphus habuit sororem nomine odam: que ab infantia sacris eruditionibus\* instituta. celibem vitam maluit actitare Hec iam grandeua deo sacrata permanens. accensa est diuini studio amoris. vt illam tociens in scripturis memoratam ciuitatem ihetusalem pia deuotione adiret lam ergo ibidem posita per nuncios quos poterat. sepius mandata dirigebat fratri suo videlicet sancto presuli arnulpho. orans et multum implorans. vt a domino vir sanctus impetraret. quatinus eorum neuter moreretur: quousque insimul constituti. mutuis conspectibus potirentur Vltima itaque vice cum iam aldenborch commaneret. et suus sibi obitus iam celitus fuisset premonstratus. aduenit quidam nuncians sororem repedantem iam alpes transisse. et valde festinanter properare: vt fratrem karissimum potuisset presens conspiceri Tunc sanctus homo ait Oda soror nostra et germana in domino. quamuis festinet. quamuis auide properet. frustra contendit. inuanum laborat: inuanum concertat adipisci. quod fieri impossibile est Videat et contempletur actus nostros. et studium timendi deum: de cetero faciem nostram corpoream numquam

30  
35  
40  
45 *XLVI* iam amplius visura est Itaque hec pudicissima mulier sub omni celeritate accelerans. quando intrauit aldenborch. iam octo diebus tenebatur sepulchro venerabilis germanus: et sic nisibus tantis priuata. corde tamen virili ad illam visionem se funditus extendit. que dierum numero finiri non nouit Illud in beato viro miramur: quod tanta futurorum prescientia donatus sit **xli. capitulum** Hinc factum est vt virum sanctum omnes isti patriote medullitus adamarent: illumque secum perpetuo manere anhelanter preoptarent Exhinc toto conamine ceperunt disquirere: quonam in loco honeste valuisset residere At ecclesia erat in vico aldenburgensi sub honore beatorum petri et omnium apostolorum antiquitus fundata: diuinis miraculis gloriosa Hanc ergo studuerunt exonerare laicorum dominio. et expeditam liberamque per manum tor-

264r19: in percussio is achter per een s doorgehaald

264r24-26: ffunditus ... mortis: drie door de kopiïst achter elkaar geschreven hexameters

264r25: BHL 704 en Surius: sic

264r26: BHL 704 en Surius: fit

264r27: in eruditionibus is voor de r is een d doorgehaald

[264v] *nacensis episcopi radbodi contulerunt viro dei arnulpho. vt mansionem ibi sibi aptaret: et concionem monachorum futuram inchoaret* **xliij capitulum** *Hanc denique ecclesiam seniorum traditio tempore dagoberti regis francorum a beato vrsmaro commemorat edificatam: quam maiestas domini diuersis reuelationibus ac signorum ostensionibus multociens mirificauit Nam ceci visum ibidem receperunt. claudi vel contracti erecti sunt. muti loquelam. surdique auditum meruerunt Anno autem dominice incarnationis **M<sup>o</sup>lxxxix<sup>o</sup>** sancta nocte dominici natalis. factus est ventus vehemens ac validus: qui turres vrbium et tecta domorum ac edificia plurima ecclesiarum concussit fregit et deiecit Eadem nocte eiusdem venti turbine. campanarium ecclesie sancti petri euulsum est a suis cardinibus. et supra tectum turris in qua steterat versus orientem proiectum. ita vt per sex dies ac noctes ita videretur pendulum: quasi semper esset ruiturum Congregati mane loci habitatores sub omni celeritate conuocant architectos. statutis premijs si illud reducerent munerandos At illi multa promittunt. restes preparant: diuersa ligaminum argumenta consuunt Et dum populus omnis prestolaretur. adiuuentas artificum machinas. quibus sperabatur campanarium reformari. ante noctis medium pridie kalendas ianuarij adueniens ventus de celo in visione ignis. campanarium quidem suis sedibus firmissime relocauit. ecclesiam vero intus forisque miro lumine vestiuit Hec me sic referre puderet: nisi tes-*

**XLVIII** *tes plus quam mille se vidisse perhibuissent* **xliij capitulum** *Habebat in vsu catholice fidei conseruator. vt si quando egrotans causa remedij accessit ad illum. mox prelato signo crucis manum imponeret. et verba dominica decantaret: tercio sic dicens Super egros manus imponent: et bene habebunt Quibus ita dictis fugiebant languores: sanitas sequebatur Talia pernoscens quedam mulier aldenburgensis indigena. nimijs doloribus conquassata venit ad eum vbi tunc manebat: et conquesta est lacrimabiliter quid pateretur Cui episcopus manum imponens ait Secundum fidem tuam fiat tibi Simul et benedixit: moxque omnis dolor fugatus est ¶ Ad infirmos etiam longius positos multociens panem vel vinum sua benedictione conditum transmittebat. qui cum inde gustarent statim melius habebant* **xliiij. capitulum** *Locum ergo canonica traditione sibi delegatum deputatis fratribus ex his qui sibi tunc temporis adherebant\* iussit mundari et instaurare: et vt ibi monastica conuersaretur regula dignis edificijs coaptare Ipse ad sedem suessonicam regressus est Vbi veniens omnium votis ambitur: omnium gaudijs demulcetur Peruenit autem ad eius noticiam reprehensibilis in quibusdam philippi regis operatio: et continua coercentorum dissimulatio. necnon indiscreta episcoporum vel abbatum\* impositio. ideoque cepit tedere super malis que vndique patrabantur: nullo rempublicam moderante rectore Dormitauit ergo pre tedio malorum que quotidie excrescebant anima eius. quia et illa nobilis remorum moderatio nimium tepuerat. sublato iure dignitatis metropolitae. adeo vt melius videretur omni timenti deum elongare in solitudinem. quam multorum struere tumultus et contentionem Illam ergo compunctionis nutricem illam vigiliarum et psalmodie regulam. illam quietis et diuine contemplationis amicam prime reclusionis resumpsit semitam. eligens abiectus esse in domo\* domini. magis quam abire stare vel sedere in qualibet diuine legis transgressione Nouerat quippe potentes potenter tormenta passuros. idcirco declinauit a malis. vt totis viribus faceret bona. cupiens paratus fore et peruigil. vt domino quandoque pulsanti confestim aperiret Quam reclusionis semitam arduo tramite obseruauit. sacris virtutibus decorauit. viuens in fame et siti in ieiunijs multis. in frigore et nuditate. extendens semper mentem suam in scientiam dei. in charitate non ficta. in verbo veritatis. in virtute dei. in longanimitate. in suauitate. in spiritu sancto* **xliv capitulum** *Emerserunt autem cause importuniores. pro quibus adunati nobiliores quique aldenburgensis colonie.*

264v30: *adherebant temporis* met omzettingstekens

264v34: *abbatum vel episcoporum* met omzettingstekens

264v41: *wellicht domino*

[265r] cum monacho euerolpho statuerunt vt venirent ad virum dei. et totis nisibus compellerent. vt rediret in flandriam: et causis importunioribus modum finemque proferret Ita vero factum est. vt votis se querentium libens annueret: frequentique monitu intimaret dicens Quod modo flandriam vado filioli. non vestre tantum est voluntatis: quantum diuine dispositionis Cumque iter agens. atrebas vsque venisset. vidit vir dei prope ciuitatem agellum virentem. in quo se dixit modicum quid requiescere velle Tunc comites celeriter equis desiliunt: et iactis in herba vestibus. seruo dei quiescendi faciunt apparatus Vbi vero paululum conquieuit. illico surrexit. sanctum nomen domini solito alacrius benedicens: et causam alacritatis socijs vie exposuit dicens Sciatis karissimi quoniam de isto itinere numquam franciam reuersurus In hoc enim modico quietis spacio quo hic coram vobis paululum dormitauit ostendit michi dominus. quoniam aldenborch veniens ibidem sum euicino moriturus: et in ecclesia sancti petri apostoli sepulture locum a domino destinatum accepturus Hinc stupor et gemitus singulorum pectora\* scidit: attamen in eius comitatu nulli licebat aut merore plus affici. aut inepta leticia resultare Tantum erat in illo auctoritatis ac gratie. vt illum videre et audire omni anime gratum esset: cum tamen vultus eius offensam tamquam grande piculum precauerent

LII Mense iulio xviii<sup>a</sup> die mensis cursu prospero cum felici fama virtutum intravit aldenborg: ibidemque euangelizans regnum dei. septem diebus incolumis permansit Tunc vero valida egritudine decubuit: et vno vigintique diebus inualitudine laborauit Cumque iam in extremis positus cerneretur. suggerunt fratres vt se sacris officijs premuniri faceret: ne sine his de hac vita exiret Quibus mitissima voce respondit Charissimi filij super hoc nolite sollicitari: quia per dei misericordiam bene sentio quid vel quando michi expediat Scio tempus. noui et horam: et de his vos commonebo cum oportunitas euenerit Vicesima die postquam decubuit cum esset sexta feria ante noctis medium cella in qua iacebat mirabili tremore atque horrifico fragore tercio concussa est. et a fundamentis pene collapsa.<sup>1</sup> intantum vt monachi vel famuli ante illum excubantes. intolerabili timore quaterentur: et celle formidantes ruinam foras fugere exoptarent Quos vir dei verbis consolatorijs demulcebat.<sup>1</sup> et vt se cubitum collocarent hortabatur: nil incommodi successurum promittens Tunc ei presbyter et monachus euerolphus dicebat Domine terra tremuit. cella colliditur.<sup>1</sup> ostium iam tercio diligenter a me obseratum denuo patet: turbarum murmur hincinde insonat Et quomodo possumus inter tot terrores obdormire? Cui homo dei Chare inquit frater ne paueas. quoniam hec omnia maiestatis diuine signa sunt: et post modicum tibi manifestabo. que vis hunc terremotum huiusque celle concussionem patrauerit

LIII Sequenti sabbato cum vir domini articulum mortis imminere sentiret: fratribus dixit Iam nunc parate vobis funeri necessaria: quoniam circa noctis initium transibo ex hac vita Ita enim michi dominus cui pro viribus seruire laboraui. hesternae nocte innotuit: quoniam\* terremotu et aeris concussionem fragor celle inhorruit Et prima quidem concussionem beatus petrus apostolus aduenit. indicans michi peccata dimissa: et vite ianuam michi patere Comitabatur illum multitudo beatorum. laudes diuinas incessanter modulans In 2<sup>a</sup> concussionem sanctus aduenit michael cum collegio angelorum: et suo ductu felicem vitam me intrare instanti hora promisit Tercia concussionem affuit nostra domina. vera mater misericordie. cum sanctarum caterua virginum: que sub gaudio sue assumptionis hanc meam animam assumendam benignissima voce deprompsit Sed omnes vos o fratres contestor per misericordiam dei: ne dum adhuc viuo alicui ista dicatis

LIII Itaque vigesima prima die infirmitatis sue cum sabbatum esset in vigilia assumptionis gloriose domine nostre dei genitricis et semper virginis marie tunc vocatis discipulis. conuocatis eius vicine ecclesie clericis fecit se sacro oleo perungi. dans confessionem coram omnibus. et omnium humiliter petens orationem Monuit autem obsequentes dicens Cras de resurrectione domini gaudium erit in celis.<sup>1</sup> et de aduentu regine mundi leticia sanctis duplicabitur angelis: largiente christo tercia causa addetur pro qua gaudia triplicentur. Idcirco prohibeo ne die crastina ad opus mee sepulture terram aperiatis: sed hoc in secundam feriam reseruetis Sic enim celitus prefixum est: vt in die sancti arnulphi methensis episcopi. huius peccatoris

265r12: pectora singulorum met omzettingstekens

265r34: BHL 704 quando

[265v] arnulphi corpus terre reddatur Multa ergo predixit tam de regni. vel eiusdem regni statu\*. quam  
de principum vel pontificum casibus futuris: que omnia velut prophetauit euenerunt Iam vero  
incumbente hora vespertina corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi summa cum deuotione accepit: om-  
nibusque benedicens. ab omnibus se benedici expostulauit. et sic ad requiem anhelans. sancte cru-  
5 cis signaculo se signauit. et in ipso dominice noctis ingressu de lectulo se subrigens.  
in pauimento cinere et cilicio strato felicem dormitionem accepit. et regionem\* domino con-  
iungendus intrauit Obijt autem **xviii<sup>o</sup> kalendas septembris anno domini M<sup>o</sup> lxxxviij<sup>o</sup>**. At vbi obitus  
eius populis innotuit. mirum dictu quanta alacritate. quantaque deuotione. plebs vndique confluens  
vniuersa in circuitu compleuit. clericis psalmos concinentibus. alijs pauperum refectionem procu-  
10 rantibus. alijs luminaria congerentibus. plerisque inde gaudentibus quod tantis exequiis interesse  
meruissent *LIV* Cumque beati corpus de more compositum. ac pontificali veste orna-  
tum in ecclesiam fuisset transuectum. verens frater euerolfus. ne alicuius rapacitas inter tot promiscu-  
as turbas aureum anulum de manu eius concupiscens praperet. tulit illum et reposuit.  
Adueniente vero hora sepeliendi. cum eundem anulum digito eius voluisset indere: frigi-  
15 da manus eius et adunci digiti sic obdurati rigeabant. vt nequaquam extendi potuissent  
Tunc pro huiusmodi difficultate amor fidelium indoluit: et cum gemitu supplicabant. vt  
facultatem dominus annueret illud sanctum corpus suis cultibus non carere Mirum dictu. illis  
conquerentibus manus dextera a pectore defuncti sese erexit. digitos erigendo discreuit  
et anulum inserendi locum fecit Quo indito manus eadem ad pristinum se locum recolle-  
20 git: et digitos vt antea intra palmam curuauit Impossibile est scripto tradere quantus amor  
quantaque leticia singulorum mentes peruasit. videntium hominem dei corpore mortuum. viuentis  
sensem monstrare: et sibi famulantium affectu tam pie moueri Nunc ergo considerandum. et fide-  
li mente retinendum est. quantis laboribus quantisque corporis macerationibus iste seruus christi  
25 tantam meruerit virtutis efficaciam: vt etiam membra defuncti gloria miraculorum polleant  
Non enim gule et ventri seruiendo. et humane cupiditatis lucris aut honoribus tale donum  
a christo percepit. sed corpus mortificando. mandatis dei inuigilando: vere charitati inheren-  
do. et in via iusticie cotidianis augmentis crescendo et perseuerando Et quoniam cor-  
dis eius cubile corpore edomito bene fuerat purificatum. idcirco placuit spiritui sancto. vt  
30 glorificantem se glorificaret: et sibi pure seruientem. in conspectu omnium amabilem atque lau-  
dabilem exhiberet *LV* Aspiciant ergo dignanter hec legentes. et prudenti memoria  
colligant huius viri dei prophetiam. quam ante plures annos predixerat. quod videlicet obsequio fu-  
neris eius nullus episcoporum aut abbatum interueniret: sed per eundem monachum et presbyterum suum circa  
eum omnia supplerentur. Talis namque tantaque occupatio vicinos abbates. duos gan-  
denses et vnum bergensem prepediuit: vt sollicite inuitati libenter occurrere vellent. et  
35 nullo modo valerent Proinde valde mirandum quod presul domini tanta prescientia fuit fretus. tan-  
ta spiritus sancti gratia illustratus. vt aliter fieri non posset. quam ipse vaticinando predixisset Cele-  
bratis itaque missarum celebrationibus. a multis distributis in pauperes stipendijs lar-  
gissimis. qua die sancti arnulphi methensium episcopi natalis sacer recolitur. eadem in ecclesia beati  
petri apostoli apud aldenborg huius sancti viri corpus sepultum est in parte basilice aquilonari.  
40 Postmodum vero rogatus Regemarum sancti bertini monachus: composuit tumulo eius tale epy-  
Miles in hoc mundo. modo puluis in hoc monumento *Que* digne subijt. dignius taphium\* excoluit  
Militiam mundi spreuit amore dei *Huc* veniens demum domino donante supremum  
Cuius tutela qua viuitur absque querela *Claudens* morte diem. transijt ad requiem  
Primum deuotus suessionis monachus *Transitus* eius ei prouenit fine diei  
45 Et mox anguste deuotior incola celle *Quam* sequitur celebris orbe colente dies  
Et per pauperiem frigus et esuriem *Qua* celi dominam de mundi valle mariam  
Atque per insomnes in fletibus et prece noctes *Intulit* astricolis celica turma choris  
Virtutum studijs extulit et meritis *Presulis* arnulphi quo festa dies celebratur.  
Abba dein factus et presul vtrumque coactu *Presulis* arnulphi corpus humo tegitur

265v1: BHL 704 *tam de regni vel eiusdem loci statu*, Surlus *tam de regni statu*

265v6 : *vivorum* door een latere hand in de marge aangevuld; Surlus *vivorum*, BHL 704 *viventium*

265v41: de kopiist heeft eerst het woord *epytaphium* afgemaakt, is daarna met het afschrijven van het graf dicht  
begonnen en heeft vers 10 daarvan om *taphium* heen geschreven

[266] LVI Postquam beatus iste christi seruus humanis rebus exemptus est **Vltimum capitulum**  
diuersa miracula circa eius exuuias a domino peracta sunt: ac plurime languentium sanita-  
tes condonate Nunc vero ab oriente et occidente plurimi assidue confluunt. qui pul-  
uerem pauimenti circa tumbam eius colligentes suis languidis deportant. et ex eo salu-  
bre remedium citius assequuntur. ¶ Sed iam in calce libri michi\* meus apologeticus cu-  
dendus est. vt quorum relatu hec omnia cognoui: vel quibus interpellantibus hec scribere presump-  
si. patenter edisseram Primus ille sepedictus euerolphus minister eius perseuerans. qui  
plenius gesta eius presens perspexerat mecum manens in aldenborg diebus aliquot: cuncta  
que nouerat michi graphio ceris imprimenti seriatim narrauit Inde arnulphus eiusdem episcopi de  
sorore nepos et primus abbas aldenburgensis. que ceris impresseram. cartis et atramento or-  
dinatius digerere iuuuit Soror quoque ipsius presulis nomine adzela. que et illi familiarior  
fuit: de illo multa nobis intimaui **finis vita sancti arnulphi suessi-  
nensis episcopi**

266r5: mihi ook bij Surius, maar met de hier gebruikte afkorting zou ook mei bedoeld kunnen zijn  
266r12-13: lees suessionensis

## Bijlage 2

Het hagiografisch dossier

### I Teksten

- BHL 703 *Vita brevior*: c. 56 capita.  
Auteur: Lisiardus, bisschop van Soissons (1108-26), zie hoofdstuk 3, [73-75].  
Overlevering: ms. A en de door Surius gebruikte legger.  
Editie: Surius (1573); Nip (1995), bijlage 1.
- BHL 704 *Vita longior*: 3 boeken, I-II in 1114 voltooid blijktens mededeling aan het slot van II; III na 1121 voltooid.  
Auteur: waarschijnlijk Hariulfus, abt van Oudenburg (1105-43) en Lisiardus, zie hoofdstuk 3, [75-77].  
Overlevering: mss. BCDEFDu en de editie van Mabillon.  
Edities: Mabillon (1701), op basis van het verloren ms. Longpont, gecollationeerd met een afschrift van een verloren ms. Ourscamp en de editie van Surius. De tekst wordt voorafgegaan door 3 brieven van Hariulfus ontleend aan een verloren ms. uit Ourscamp; Cuperus (1737), op basis van een afschrift van C, gecollationeerd met het verloren ms. Vaucelles en de editie van Mabillon; *PL* 174 (1854), heruitgave van de editie van Mabillon; Holder-Egger (1888), op basis van CDE, gecollationeerd met de edities van Surius en Mabillon, excerpten.
- BHL 704c *Verkorte versie van 704*.  
Auteur: Herman Greven (†1477/80).  
Overlevering: ms. H.
- *Overige verkortingen en bewerkingen van BHL 704*.  
1. 13e eeuw, wrsch. bisdom Kamerijk of Terwaan.  
Overlevering: ms. G.  
2. 14e eeuw, wrsch. Oudenburg.  
Overlevering: ms. M.  
3. 15e eeuw, Rooklooster.  
Auteur: Jan Gielemans (†1487).  
Overlevering: ms. I2.
- BHL 705 *Epitome van BHL 704*.  
Auteur: door Meersseman (1952) aan Hariulfus toegeschreven.  
Overlevering: mss. BCDFDu.  
Edities: Mabillon (1701); *PL* 174; Malou (1840).
- *Verkorting en bewerking van BHL 705*.  
14e eeuw, wrsch. Oudenburg.  
Overlevering: ms. M.
- *Verkortingen en bewerkingen van BHL 704 en 705*.  
1. 15e eeuw, Rooklooster.  
Overlevering: ms. J.  
2. 15e eeuw, Rooklooster.  
Auteur: Jan Gielemans (†1487).  
Overlevering: ms. II
- *Fragmenten*.  
Overlevering: mss. KL.
- BHL 705a *Genealogia*.  
Overlevering: mss. BCDDuJL.  
Edities: Mabillon(1701); Cuperus (1731); *PL* 174; Holder-Egger (1888); Van de Putte (1843).

BHL 705b *Miracula metrica*.  
Auteur: Jan van Biervliet (†1307).  
Overlevering: mss. BF.  
Editie: Meersseman (1952).

Chevalier *Hymne*.  
14440 Overlevering: mss. MO.  
Editie: Cuperus (1737).

- *Carmen*.  
Overlevering: ms. N.

- *Orationes*.  
Overlevering: mss. FJMNO.

## II Handschriften

- A** Brussel KB 982 (16e eeuw), ff. 253v-266 (BHL 703).  
**B** Brugge GS 506/131bis (c. 1260/70), ff. 1-1va (BHL 705b), f. 1vb (BHL 705a), ff. 2-45va (BHL 704), ff. 45va-47vb (BHL 705).  
**C** Brugge SB 404 (c.1200), ff. 10-27va (BHL 704), ff. 27va-28b (BHL 705), f. 28b (BHL 705a).  
**D** S. Omaars BV 716 dl. V (c. 1200), ff. 88b-107b (BHL 704), ff. 107b-108b (BHL 705), f. 108b (BHL 705a).  
**E** Brussel KB 1780-81 (2e helft 15e eeuw), ff. 1-70v (BHL 704).  
**F** Brussel KB II 562 (c. 1615), ff. 1-57v (BHL 704), ff. 58-60v (BHL 705), ff. 61-63 (BHL 705b), ff. 63v-64 (*orationes*).  
**G** Newcastle upon Tyne UL 1 (13e eeuw), ff. 114vb-117b (verkorte versie van BHL 704)  
**H** Berlijn SB theol. lat. fol. 706 (2e helft 15e eeuw), ff. 257-259v (BHL 704c).  
**I1** Wenen ÖNB FF s.n. 12706-7 (2e helft 15e eeuw), ff. 121a-127vb (verkorte versie van BHL 704 en 705, *Hagiologium Brabantinorum* van Jan Gielemans).  
**I2** Wenen ÖNB FF s.n. 12813 (2e helft 15e eeuw), ff. 614-615v (bewerking van BHL 704, *Sanctilogium* van Jan Gielemans).  
**J** Wenen ÖNB FF s.n. 12807 (2e helft 15e eeuw), f. 171b (BHL 705a), ff. 171va-174a (bewerking van BHL 704 en 705 en *orationes*).  
**K** Brugge SB 425 (15e eeuw), f. 22vb (fragmenten van BHL 704).  
**L** Brugge GS 127/5 (15e eeuw), f. 197va (BHL 705a), ff. 199a-b (fragmenten van BHL 704).  
**M** Brugge SB 338 (14e eeuw), f. 284vb (Chevalier 14440), ff. 286a-291a en ff. 414va-419a (bewerkingen van BHL 704 en 705 en *orationes*).  
**N** Brugge SB 561 (15e eeuw), f. 151v (*carmen iambicum* en *orationes*).  
**O** Brugge SB 341 (15e-16e eeuw), ff. 53v-54 (*orationes*), ff. 87-88 (Chevalier 14440).

## III Edities van de teksten in chronologische volgorde.

- Surius, L., 'Vita S. Arnulphi Suessionensis episcopi', *De probatis sanctorum vitis IV* (Coloniae Agr. 1573<sup>1</sup>) 689-713, (Coloniae Agr. 1579<sup>2</sup>, IV, 714-37; 1618<sup>4</sup>, VIII, 143-56; hier wordt verwezen naar de vierde druk van 1618).
- Mabillon, J., 'Vita S. Arnulfi episcopi Suessionis', AASS OSB VI.II (Parijs 1701) 502-55.
- Cuperus, G., 'De S. Arnulfo confessore, episcopo Suessionensi', AASS Augusti III (Antwerpen 1737<sup>1</sup>) 221-259.
- Malou, J.B., *Chronicon monasterii Aldenburgensis* (Brugge 1840) 40-48.
- Van de Putte, F., *Chronicon monasterii Aldenburgensis maius* (Gent 1843) 79.
- Migne, J.P., 'Vita Sancti Arnulfi episcopi Suessionensis', *PL* 174 (Parijs 1854) 1367-1440, naar de editie van Mabillon.
- Holder-Egger, O., 'Ex vita Arnulfi episcopi Suessionensis', *MGH SS XV,II* (Hannover 1888, herdruk

1963) 872-904.

- Meersseman, G.G., 'Kritische bemerkingen over enige bronnen der biographie en cultusgeschiedenis van Sint Arnulf (†1087)' in: *Studies over de kerkelijke en kunstgeschiedenis van West-Vlaanderen, opgedragen aan M. English* (Brugge 1952) 309-319, aldaar 314-319.

### Bijlage 3

Vergelijking van de capita-indeling van BHL 703, A (reconstructie) en ed. Surius, en BHL 704, ed. Mabillon, waarbij de onderlinge afwijkingen door *cursief* zijn gemarkeerd (zie pp. 47-49 en 55-60).

ed. Surius	ms. A	ed. Mabillon
Prologus	Prologus	Prologus
I	I	I, I
		I, II
		I, III
II	II	I, IV
<i>III</i>	<i>III</i>	---
<i>IV</i>	<i>IV</i>	---
V	V	I, V
VI	VI	I, VI
VII	VII	I, VII-VIII
VIII	VIII	I, VIII
IX	IX	I, IX
X	X	I, X
		I, X
XI	XI	I, XI
		I, XII
XII	XII	<i>I, XXI</i> (deel)
XIII	XIII	I, XIII
		I, XIV
XIV	XIII	<i>I, XXVI</i>
		<i>I, XXVII</i>
		<i>I, XXVIII</i>
XV	XV	<i>I, XXIX</i>
XVI	XVI	I, XV
XVII	XVII	I, XVI
XIIX	XVIII	I, XVII
XIX	XIX	I, XVIII
XX	XX	I, XIX
XXI	XXI	I, XX
XXII	XXII	<i>I, XXI</i> (deel)
XXIII	XXIII	I, XXII
XXIV	XIII	I, XXIII
XXV	XXV	I, XXIV
---	---	<i>I, XXV</i>
---	---	<i>I, XXX</i>

XXVI	XXVI	II, I
XXVII	XXVII	II, II
XXVII	XXVIII	II, III
XXIIX	XXIX	II, IV
XXIX	XXX	II, V
XXX	XXXI	II, VI
		II, VII
XXI	XXXII	II, VIII
	---	II, IX
XXXII	XXXIII	II, X
XXXIII	XXXIV	II, XI
XXXIV	XXXV	II, XIII
XXXV	XXXVI	II, XIV
XXXVI	XXXVII	II, XII
XXXVII	XXXVIII	I, XXXI
XXXVII	XXXIX	I, XXXII
XXXIIX	XL	II, XV
XXXIX	XLI	II, XVI
XL	XLII	II, XVII
XLI	XLIII	II, XVIII
XLII	XLIV	II, XIX
XLIII	XLV	II, XXIII
XLIV	XLVI	II, XIX
		II, XX
XLIV	XLVII	II, XXI
XLV	XLVIII	II, XXII
		II, XXIV
XLVI	XLIX	II, XXV
		II, XXVI
XLVII	L	II, XXVII
		II, XXVIII
XLIIX	LI	II, XXIX
		II, XXX
XLIX	LII	II, XXX
L	LIII	II, XXXI
		II, XXXII
LI	LIV	II, XXXII
		II, XXXIII
LI	LV	II, XXXIV
LII	LVI	II, XXXIV
		--- (III,II)

## Bijlage 4

Voorbeelden van vergelijking van BHL 703 (A en ed. Surius) en BHL 704 (ed. Mabillon).

**I. Vergelijking van de prologen** van BHL 703 (A en ed. Surius) en BHL 704 (ed. Mabillon) en de derde brief van Hariulfus (ed. Mabillon).

**Proloog ed. Surius, 143-144.**

Venerabili et charissimo patri et domino Radulpho,  
Dei gratia sanctae Rhemensis ecclesiae Archiepiscopo,  
omnium Episcoporum infimus Lisiardus  
salutem, et omnium bonorum plenitudinem.  
5 Freuens et ceber te videndi et audiendi vsus  
multis patefecit, et in ijs etiam mihi,  
scientiae tuae pelagus immensum,  
eximiam prudentiam, et in omnibus moderationem et discretionem,  
10 amorem quoque et studium prouehendae sanctae Ecclesiae  
atque in corrigendis, disciplinae tenorem.  
Itaque tot virtutum tuarum adminiculis fretus,  
veridicorum etiam testium multiplici ac diuturna relatione  
informatus, rerum quoque magnitudine incitatus,  
15 ausus fui imperitus opusculum conscribendum suscipere,  
quod doctis scriptoribus merito seruari oporteret:  
non tamen elationis typho,  
sed vtilitatis causa permotus, vt meae exiguitatis  
opera vtunque in publicum proferrentur magna  
20 opera Dei, quae sapientes et docti hactenus  
a profundo silentio et hominum obliuione vindicare neglexerunt.  
Cum autem ad haec pro viribus exaranda  
animum intenderem, palpitabam (fateor)  
prae pauore: sed cum accuratius pensitarem,  
25 illum timorem meum fore vtilitati fraternae  
obstaculo, referebam animum  
ad tuae moderationis contemplationem,  
sciens proculdubio facile veniam patere  
temeritati, quae accidit germanae charitati inseruire cupienti.  
30 Det itaque tua Paternitas veniam praesumptori,  
qui hoc conatu per omnia tuo studuit seruire decori.  
Det tua autoritas gratiam et pondus isthaec  
propalanti, ne pro sua vilitate rubore afficiatur.  
De veritate horum, quae dicturi sumus, nulla cuiusquam mens  
35 ambigat: quippe cum ea tam diligenter inquisita,  
et ad liquidum comperta sint ab ijs, qui interfuerunt,  
vt certo constet, omnia esse verissima.  
Et quia mihi perplacet ante omnia te in id intentum esse, vt Ecclesia  
prouehatur,  
40 quicquid in his minus compe prolatum erit,  
tuae tuorumque sapientiae curae sit,  
vt nobili Rhemensis eloquij acumine elimetur,  
quod mea socordia mansit impolitum.  
Vitae igitur sanctitatem et virtutum opera,  
45 quae Christus Dominus modernis temporibus  
militi suo Arnulpho largitus est,  
vel aliqua ex parte narraturus,  
omnium bonorum artificem inuoco Spiritum paraclatum,  
vt ad ea referenda benignus repleat  
50 os meum laude sua, qui, vt ea efficeret,  
huius serui sui praecordia sua luce illustrauit.

**Proloog A f. 253v.**

Venerabili et charissimo patri atque domino radulpho  
dei gratia sancte rhemensis ecclesie archiepiscopo  
omnium episcoporum infimus lisiardus  
salutem et omnium bonorum plenitudinem  
ffrequens ac celebrer vos viuendi et audiendi vsus  
patefecit multis.<sup>l</sup> inter quos et michi  
vestre scientie pelagus immensum.  
vestreque prudentie cor ad omnia discretum:  
amorem quoque prouectus ecclesie sancte.  
et in his que corrigenda sunt tenorem discipline  
Idcirco tot virtutum vestrarum amminiculis confortatus.  
veridicorum etiam testium multiplici ac diuturna relatione  
informatus. necnon rerum magnitudine instigatus.  
presumpsi imperitus opusculum  
doctis scriptoribus merito seruandum.  
non typo elationis.  
sed obtentu vtilitatis. vt per mee pusillitatis  
obsequium. qualitercumque palam fierent magna  
opera dei. que sapientes et docti hactenus.  
neglexerunt sustollere de profundo silentij  
Cumque ad hec pro posse exaranda  
aciem mentis dirigerem: palpitabat animus  
pre pauore Sed cum vigilantius retractarem.  
quod ille meus timor foret fraterne vtilitatis  
obstaculum. reducebam cor  
ad vestre discretionis obtutum:  
sciens procul dubio facilem veniam patere  
temeritati. que accidit germane famulando charitati  
Donet itaque vestra paternitas veniam presumptori:  
qui talia nitens. vestro per omnia studuit decori  
Donet vestra auctoritas gratiam et vigorem horum  
propalatori: ne ob sui vilitatem subiaceant rubori  
Porro de istorum veritate nullius mens  
vertatur in ambiguum.<sup>l</sup> quoniam tam exquisita  
ab illis qui interfuerunt. et ad liquidum sunt comperta:  
vt in omnibus sit veritatis constantia certa  
Et quoniam ratum habeo ecclesie  
prouectum vos ante omnia sectari:  
quicquid in his minus compte prolatum est  
vestre vestrorumque sophie.<sup>l</sup>  
vt per nobile rhemensis acumen eloquii sit elimatum:  
quod per meam secordiam cernitur impolitur  
Vite igitur sanctitatem et virtutum opera.  
que christus dominus modernis temporibus  
suo militi arnulpho contulit.  
vel ex parte aliqua narraturus.  
omnium artificem bonorum inuoco paraclatum.<sup>l</sup>  
vt ad hec referenda benignus repleat  
os meum laude sua: qui vt talia ageret.  
ipsius serui sui precordia illustrauit luce sua

**Brief**, ed. Mabillon, 507.

Venerabili et carissimo Patri atque domino Radulfo,  
Dei gratia sanctae Remensis Ecclesiae Archiepiscopo,  
omnium Abbatum peripsema Hariulfus,  
salutem et omnium bonorum plenitudinem.  
5 Frequens videndi et audiendi usus  
patefecit mihi  
vestrae scientiae pelagus immensum,  
et vestrae prudentiae cor ad omnia discretum,  
10 amorem quoque provectuum sanctae Ecclesiae,  
et in his quae corrigenda sunt tenorem disciplinae.  
Idcirco tot vestrarum virtutum adminiculis confortatus,  
  
15 praesumsi opusculum peritis  
scriptoribus merito reservandum,  
non typho elationis, novit Christus,  
sed obtentu utilitatis, ut per meae pusillitatis  
obsequium qualitercumque palam fierent  
20 opera Dei, quae sapientes et docti hactenus  
neglexerunt sustollere de profundo silentii.  
Cumque ad haec exaranda  
aciem mentis dirigerem, palpitabat animus  
prae timore: sed cum retractarem,  
25 quod ille meus timor fraternae foret utilitati  
obstaculum, reducebam cor  
ad altum vestrae discretionis obtutum;  
sciens procul dubio facilem veniam patere  
temeritati, quae accidit germanae famulando caritati.  
30 Donet itaque vestra paternitas veniam praesumtori,  
qui talia nitens vestro per omnia studuit decori.  
Donet vestra auctoritas gratiam et vigorem horum  
propalatori, ne ob sui vilitatem, subjaceat rubori.  
Porro de istorum veritate nullius mens  
35 vertatur in ambiguum, quoniam tam exquisita  
ab illis qui interfuerunt, et ad liquidum sunt comperta,  
ut in omnibus sit veritatis constantia certa.  
Et quoniam ratum habeo Ecclesiarum  
provectum vos ante omnia sectari;  
40 quidquid in his minus comite prolatum est,  
vestrae vestrorumque committo sophiae,  
ut per nobile Remensis acumen eloquii fiat elimatum,  
quod per meam socordiam resonat impositum.  
Vitae igitur sanctitatem, et virtutum opera,  
45 quae Christus Dominus novellis temporibus  
suo militi Arnulfo contulit,  
ex aliqua parte narraturus,  
omnium artificem bonorum mihi opto adesse Spiritum-sanctum,  
ut ad haec referenda benignus repleat  
50 os meum laude sua, qui, ut talia operaretur,  
ejusdem servi sui praecordia illustravit luce sua.  
Admittant hanc incultam dictionem ad sanctae fabricam Ecclesiae,  
lege silvestrium lignorum, facundissimarum periti lectionum, ut in  
domo Domini pili caprarum locum habeant; et magnae domus vasa diversa,  
55 prout competit, suis officiis non fraudulentur. Vitam vestram, vestrumque  
Primatam incolumem carne et spiritu conservet Deus noster in longum. Amen.

**Proloog** ed. Mabillon, 507-508.

Venerabili et carissimo patri atque domino Rodulfo  
Dei gratia sanctae Remensis ecclesiae Archiepiscopo,  
omnium Episcoporum infimus Lisiardus,  
salutem et totius sanctae obedientiae plenitudinem.  
Frequens ac celebrer vos videndi et audiendi usus  
patefecit multis, inter quos et mihi  
vestrae scientiae pondus immensum.  
vestraeque prudentiae cor ad omnia discretum,  
amorem quoque propectuum sanctae Ecclesiae,  
et in corringendis tenorem disciplinae.  
Idcirco tot vestrarum virtutum studiis confortatus,  
veridicorum etiam testium multiplici relatione  
informatus, nec non rerum magnitudine instigatus,  
praesumsi opusculum  
doctis scriptoribus merito reservandum,  
non typo elationis,  
sed obtentu utilitatis; ut per meae exiguitatis  
obsequium, qualitercumque palam fierent magna  
opera Dei, quae sapientes ac docti hactenus  
neglexerunt de profundo sustollere silentii.  
Cumque ad haec exaranda  
aciem mentis dirigerem, palpitabat animus  
prae timore; sed cum vigilantius retractarem,  
quod ille meus timor fraternae foret utilitatis  
obstaculum, reducebam cor  
ad vestrae discretionis intuitum:  
sciens proculdubio facilem veniam patere  
temeritati, quae accidit germanae famulando caritati.  
Donet itaque vestra paternitas veniam praesumtori,  
qui talia nitens vestrae per omnia studuit Ecclesiae decori.  
Donet vestra auctoritas gratiam et vigorem horum  
propalatori; ne ob sui vilitatem subjaceat rubori.  
Porro de istorum veritate nullius mens  
vertatur in ambiguum, quoniam tam exquisita  
ab illis qui interfuerunt et ad liquidum comperta sunt,  
ut in omnibus sit veritatis constantia certa.

Quicquid vero in iis minus comite prolatum est,  
vestrae vestrorumque committo sophiae:  
ut per nobile Remensis acumen ingenii fiat elimatum,  
quod per meam socordiam cernitur impolitum.  
Vitae igitur sanctitatem et virtutum opera,  
quae Christus Dominus nostris paene temporibus  
suo militi Arnulfo contulit,  
ex parte narraturus,  
omnium artificem bonorum invoco Spiritum-sanctum,  
ut ad haec referenda benignus repleat  
ora nostra laude sua: qui ut talia perageret,  
ipsius servi sui praecordia illustravit luce sua.

## II. Vergelijking van BHL 703 (A) en BHL 704 (ed. Mabillon) waarbij A de basis vormt.

Normaal: tekst waarin BHL 703 en BHL 704 slechts kleine afwijkingen vertonen.

Daarbinnen **vet**: woorden die alleen in BHL 703. voorkomen.

*cursief*: toevoegingen of, indien tussen haakjes geplaatst, substituties in BHL 704.

Klein lettertype in kolommen: ingrijpende bewerking van BHL 703 (links) tot BHL 704 (rechts).

De tekstgetuigen voor BHL 704 bevatten in de regel slechts minieme varianten; aangezien deze (op één uitzondering na, zie II,2) voor de vergelijking niet van belang zijn, zijn ze voor de overzichtelijkheid buiten beschouwing gelaten.

II.1. A fol. 258 r.44-49, 258v r.1-15; ed. Mabillon, 517-518.

**Sed** (*Sane*) quoniam apud mortales permanet **hoc** (*et*) ratum. nichil esse **ex** omni parte beatum: erat illo in tempore in eodem cenobio quidam **monachus** nomine odo. honestatis vsurpator et virtutis **deprauator** (*simulator*)<sup>!</sup> qui famulo dei arnulpho *abbati* nimium inuidebat: et se ad regimen loci digniorem *ac utiliorem* autumabat Qui etiam incessanter **animo** revolvebat: quonam argumento seruum christi potuisset remouere a suscepto *regiminis* officio Is *cum esset in exterioribus agens*, per internuncios *quos frequenti munere caecabat*, studuit intimare regi francorum philippo. vt cum in procinctu contra hostem aliquorsum **pergeret** (*profisceretur*): abbatem sancti medardi venire secum iuberet Annuit rex consilijs odonis<sup>!</sup> et cum exercitum promouisset. missis legatis monuit **dominum** (*domnum*) arnulphum: vt cum armata militia in expeditionem secum abiret

At ille qui quondam armorum strennitate vigerat in seculo. et mortalis militiae cingulum ad dei commutauerat famulatum<sup>!</sup> cepit vehementer abhorreere huiusmodi negocium: et omnino recusauit tale regi offerre obsequium dicens

Ergone relicta causa dei. militia  
rursum stipabor<sup>!</sup> militibus rursum arma exercebo? Grande nephas

Arnulfus ad haec stupuit, et regiis Missis devote respondit:  
Certum est me peccatorem militiae quondam actibus sorduisse;  
notum est ob Domini timorem relicta militia consortium monachorum expetisse. Legimus dicentem Dominum, quod qui perseveraverit in finem salvus erit; et ego infelix,  
qui causa Dei militiam abjeci,

Recte ait psalmus de me et mei similibus, Dejeci eos dum alle-  
varentur. Nam qui putabam me assumtum ad curam Abbatiae,  
ecce compellor offendere in foveam apostasiae.

Maluissem *certe* nomen istud et abbatis (*nomen istud abbatis et*) locum non suscepisse. quam *sub* huius dignitatis obtentu seculo **iterum** *tam pessime* deseruire Hoc comperto rex philippus.

et malis consiliarijs deprauatus. misit legatos qui dicerent abbati-  
am magnarum possessionum facultatibus refertam subsidijs.  
militibus sua beneficia tenentium vndique circumfultam. quorum  
antiquus foret vsus. vt abbate praeuio  
regali expeditioni inseruiret.

faceret iuxta morem antiquum. aut daret locum ut fieret regis imperium

misit denuo legatos qui dicerent

fuisse morem antiquum, ut milites Abbatiae Abbate praeuio,  
regali expeditioni inservirent. Aut

Hac de causa vir virtutis  
repetit cellam reclusionis. proculdubio nil  
reputans tale culmen honoris.<sup>1</sup>  
et cepit longe melius longeque feruentius seipsum  
exercere ad seruitium summe maiestatis

Tunc Arnulfus tali occasione accepta, prompto animo obedivit  
Regis imperio, et secessit libens in reclusionis angulo: nihil  
reputavit culmen tanti honoris, dum modo liceret tenere vocem  
Saluatoris, cupiens longe melius longeque ferventius seipsum  
exercere in servitio divinae majestatis. At monachi omnes  
nimium consternati tali facto, conveniunt pariter, et quasi obsi-  
dent Arnulfum planctu nimio, et sic illum flagellant dolenti  
obsequio. O amande pater, quid voluisti facere? gregem com-  
missum tam inconsulte deserere? oves Christi tibi creditas lupis  
exponere; et domum sanctam quam, sic honorifice tractabas,  
vastatoribus iterum tradere? Si molestum tibi erat exercitum  
Regis subire, sedisses tranquillus in loco tuo: nos cum nostris  
militibus paruissemus Regis imperio. Ecce Pontius, noster olim  
vastator, oneratus crumenis nostri loci fiet iterum comparator, et  
accepta potestate instabit acrior dilapidator. Miserere quaesumus  
filiis tuis, miserere supplicibus tuis, et non abjicias nos, subesse  
gaudentes edictis tuis. Monemus te per martyrium Sebastiani,  
per confessionem Medardi, per papatum Gregorii, per Sanctorum  
copiam, quorum hunc loco nosti inesse reliquias atque memori-  
am.

II.2. A fol. 264r26-44; ed. Mabillon, 540. Een omissie in de editie van Mabillon is op basis van de andere tekstgetuigen van de vita longior tussen haken <> aangegevuld.

Venerandus servus domini arnulphus habuit sororem nomine  
odam: que ab infantia sacris eruditionibus instituta. celibem  
vitam maluit acitare Hec iam grandeua deo sacrata permanens.  
accensa est diuini studio amoris. vt illam tociens in scripturis  
memorata ciuitatem iherusalem pia deuotione adiret Iam ergo  
ibidem posita per nuncios quos poterat. sepius mandata dirigebat  
fratri suo videlicet sancto presuli arnulpho. orans et multum  
implorans. vt a domino vir sanctus impetraret. quatinus eorum  
neuter moreretur: quousque insimul constituti. mutuis conspecti-  
bus potirentur Vltima itaque vice cum iam aldenborch comma-  
neret. et suus sibi obitus iam celitus fuisset premonstratus.  
aduenit quidam nunciatus sororem repedantem iam alpes trans-  
isse. et valde festinanter properare: vt fratrem karissimum  
potuisset presens conspiceret  
Tunc sanctus homo ait Oda soror nostra et germana in domino.  
quamuis festinet. quamuis auide properet<sup>1</sup> frustra contendit.  
inuanum laborat: inuanum concertat adipisci. quod fieri impos-  
sibile est Videat et contempletur actus nostros. et studium  
timendi deum: de cetero faciem nostram corpoream numquam  
iam amplius visura est Itaque hec pudicissima mulier sub omni  
celeritate accelerans.  
quando intrauit aldenborch. iam octo diebus tenebatur sepulchro  
venerabilis germanus: et sic nisibus tantis priuata. corde tamen  
virili ad illam visionem se funditus extendit. que dierum numero  
finiri non nouit Illud in beato viro miramur: quod tanta futur-  
orum prescientia donatus sit

Adhuc eodem in loco consistente viro sancto, venit quidam de  
Hierosolymis peregrinus, et nuntiavit illi dicens: Domine, soror  
vestra domina Oda, mihi Hierosolymis locuta, nimium efflagi-  
tavit, ut dicerem vobis, quoniam quantumcumque praeualet,  
laborat et festinat, ut ante vestrum transitum vos in carne videat,  
vobis loquatur, remissionem delictorum, et agenda in reliquum  
vitae normam, atque consilium a vobis praesens petat atque  
accipiat. Haec vero summa petitionum illius est, ut vestra oratio  
ad Dominum fiat, impetrans ut vos non recedatis donec veniat,  
et ipsa non moriatur donec dilectam sibi vestram faciem videat.  
Tunc ait homo justus. Oda soror nostra, et in Domino germana,  
quamuis festinet, auide properet, frustra contendit, in vanum  
laborat, in vanum concertat adipisci quod Dominus aliter dispos-  
uit. Videat et contempletur actus nostros, et studium timendi  
Dominum <de cetero faciem nostram corpoream numquam  
videbit>. Itaque haec pudicissima mulier properans et festinans,  
nec aliquam sibi requiem attribuens, celeriter intravit Aldem-  
borg, et inuenit fratrem sepultum octo dies habentem in monu-  
mento.

## Bijlage 5

Overzicht van de varianten in de brief van Hariulfus aan aartsbisschop Rodolfus van Reims (V) en de prologen van Lisiardus van BHL 703 (A) en BHL 704 (M). Verwezen wordt naar de regelnummers in bijlage 4.I.

AM	V
3. omnium episcoporum infimus Lisiardus	omnium abbatum peripsema Hariulfus
5. frequens ac celebrer vos	frequens
6. patefecit multis inter quos et mihi	patefecit mihi
12-13. veridicorum etiam testium multiplici ac diuturna relatione informatus necnon rerum magnitudine instigatus	-
15. doctis	peritis
16. -	novit Christus
42. cernitur	resonat
51-55. -	Admittant ... Amen

  

AV	M
4. omnium bonorum	totius sanctae obedientiae
7. pelagus	pondus
10. in his que corrigenda sunt	in corrigendis
11. amminiculis	studiis
17. pusillitatis	exiguitatis
20. sustollere de profundo	de profundo sustollere
26. obtutum	intuitum
30. vestro per omnia studuit decori	vestrae per omnia studuit ecclesiae decori
37-39. et quoniam ratum habeo ecclesie prouectum vos ante omnia sectari quicquid	quicquid vero
41. eloquii	ingenii
49. os meum	ora nostra

  

A	MV
5. viuendi	videndi
9. prouectus ecclesie sancte	provectum sanctae ecclesiae
11. virtutum vestrarum	vestrarum virtutum
14. presumpsi imperitus	praesumsi
15. seruandum	reservandum
21. pro posse	-
23. pre pauore	pre timore
32. subiaceant	subjaceat
40. sophie	committo sophie
41. sit	fiat

**A**

- 44. modernis temporibus
- 46. ex parte aliqua
- 47. inuoco paracletum
  
- 49. ageret

**M**

- nostris paene temporibus
- ex parte
- invoco Spiritum-sanctum
  
- perageret

**V**

- novellis temporibus
- ex aliqua parte
- mihi opto adesse Spiritum-sanctum
- operaretur